2. Proponitur Hippolithi à lapide controversiam illam de Reservato Ecclesiastico ab Ordinibus ex arbitrato Ferdinandi I. collatam fuisse afferentis sententia.
3. Refutatur illa Hippolithi perstrictio.
4. Modestia Pacimoniori Confirm.
5. Respondetur ad Hippol. obiecta fundamenta & Protestantes Consensisse de Reservato Ecclesiastico nunquam vero consensisse probatur.
6. Hippolithum sibi ipsi contrarium esse ostenditur.
7. Pertinet de Reservato Ecclesiastico principaliter ipsum, elegantem quoque spectat.
8. Controversia illa de Reservato Ecclesiastico nuper per Pacem. Osnab. quomodo decisa.

QUo etiam nunc referri debet gravissima illa controversia de Reservato Ecclesiastico der Geistlichen Freystellung oder des Geistlichen Vorbehalts / quandoquidem hanc posthabito dissensu Ordinum ad minimum certè Protestantium directam à Ferdinando Regi Romanorum, vel ex ipsa supplicatione Electorum & Principum Augustanae Confessionis addictorum, lucentissimè liquet quae extat c. 17. in Iohan. Casimiris. Pfalzgrafen bey Rhein Außschreiben de Anno 1583. ubi enim multi pregnantes rationes afferebant, deprecarenturque, ne Recessui imperii de Anno 1555 Clausula illa: Wann ein Ertz-Bischoff/Bischoff/Prælat oder ein ander Geistliches Standes von der alten Religion abtretten würde / daß derselbe sein Ertz-Bischoffthumb / Bistumb/Prælatur/ und andere Beneficien, auch damit alle Frucht und Einkommen/so er davon gehabt / alßbald ohne einige Wiederung und Verzug / jedoch seine Ehren unnachtheilig, verlassen solte / inserereur. Ferdinandum tamen cum a sua sententia retractare impossibile esset. supplicationi suae protestationi sequentia addiderunt verba, Da aber Ewer Königliche Majestät ec. an statt auff Heimstellung und habender Gewalt / auch Vollkommenheit der Käyserlichen Majestät unsers Allergnädigsten Herrn / und also von wegen ihres obliegenden Ampts und vor sich selbst zu verordnen entschlossen. So wollen Ihre Chur- und Fürstl. Gnaden Ew. Königl. Majestät über beschehene unterthänige Bitte und Verwendung hierein kein Form oder Maß zu legen confer Carpz. in Germania sacra. §. 44. Dn. Wigendorff. in suo Lucubrat. ... Tolerasset tamen iterum hic Hippolithus

allegata

à lapide allegat. loc. negatque [illegible] eo uti nos profelli [illegible] modò decisum fuisse, quin potiùs sibi persvasum habere dicit, controversiam [illegible] de Refer. [illegible] Ecclesiast. [illegible] Ordinibus [illegible] Regi [illegible] collatam fuisse. Ceterum [illegible] debet,
3. praeterquam enim quod [illegible] *Hyppolitus à lapide* dixerat, Evangelicos Ordines contra hoc decretum Protestatos esse, neque etiam contra Protest. [illegible] diem desisse, certè nunquam illud [illegible] compromissum excedens [illegible] Recessus in Krafft Hochgedachter Röm. scher Käyserlicher Majestät uns gegebener Vollmacht und Heimstellung, quippe quod ea Ferdinando I. Fratrem Imperatorem [illegible] Augustissimum Carolum V. non vero Ordines supramemoratos [illegible] *Hyppolitus à lapide* respiciat, cum vel [illegible] copulativa und [illegible] quod arbitrium illud ab Ordinibus factum non legatur, tum denique ipsa paulo ante Protestantium in supplicatione sua comprehensa ultima verba [illegible] Heimstellung und habender Gewalt, auch Vollkommenheit der Käyserlichen Majestät perspicuè satis ostendunt, ut proinde non sine
4. ratione mirari liceat qui din mentem venerit *Viro inter fulgentissima Germaniae eruditionis sidera non postremo referendo loco, Tobiae Paurmeistero*, quando in *tract. de jurisdict. allegat. loc. p* 483. tale quid ex dicto decreto probare velle, manifestum esse [illegible]
5. Planè illud dissiteri nolumus, postquam Protestantes, petitionibus suis locum ut relinqueret Ferdinandus, consequi non posse animadverterant, eos voluntatem tandem suam nolentes volentes aliquatenus communicasse, atque ita etiam interpretari debet subscriptio eorum Recessui adjecta, qua una cum reliquis Ordinibus absque ulla Protestatione facta fatentur, daß alle und jede obgeschriebene Puncten und Artickeln also wie obstehet, mit ihrem guten Wissen und Rath fürgenommen und beschlossen. Quo etiam referri possent literae [illegible] Ferdinandi (si ius modo fides habenda) Protestantibus insinuatae, quas pro se ex [illegible] *part.* [illegible] p. 34. allegavit *Hyppolitus*. Ceterum [illegible] approbatio ex post facto; Decreto jam in vigore suo constituto [illegible]; itaque ipsis, etsi non accessisset, exitum eundem [illegible]
[illegible]

conscientiis fuisse, vetieat adhuc assertionis nostræ suus constabili[illegible] rum. Neque obstant verba illa quæ ex *Lehmann. de Pac. Religion. lib.* [illegible] *3. & 21. in fin.* cum Il. ppolitho huic in parte sentiens Dominus Sluter. in *animadvers. p. 192.* adducit, etsi enim prior illa cõpromissum quoddam parte Catholicorum totaliter vincerent. altera tamen illa, si probè spectantur certè id quod nos volumus adducent, eo ipso enim, cum Protestantes conscientiæ suæ publicam addunt protestationem, illi dissensum patefacere, quis negare poterit? Unde etiam ipsos Protestantes articulum huncalio planè modo concepisse docemur, ex *Aug. Annenom. p. 1. c. 4.* Cujus conceptiones verba referuntur apud *Lehm. alleg. loc. c. 22. & in Cod. P. P. 1. de R. R. defens. 4. th. 14. lit. a.* Ubi[illegible] adhuc decuntur, scilicet nunquam approbasse Augustanæ Confessionis addictos, hunc textum, adeo ut ipsis invitis Recessui fuerit [illegible] [illegible]. Quo etiam referri debent verba etiam Secularium Electorum *in gravaminibus suis, ad Imperator. d. anno 159[illegible] apud Londorp. tom. 2. act. pu[illegible] [illegible] tract. 4. p. 46 & seq.* Nun ist gleichwol Ewer Käyserlichen Majestät unverborgen / was es Geistliche Vorbehalts wegen für ein Gelegenheit hat / und daß nemlich die Stände Augspurgischer Confession denselben niemahlen bewilliget / sondern gleich bey Auffrichtung des Religion-Friedens / und hernacher zum offtermahl darwider protestiret / darbey es Ihre Chur- und Fürstliche Gnaden nochmahln bewenden lassen / rc. Unde ergò illud prætextum ab Hippolitho, & quod eum sequitur Slutero compromissum? Cum utrique ductorum [illegible] compromittentium cõsensus, ad id inducendum necessario adesse debeat, qui certè à parte Protestantium ratione facti compromissi, nunquam adfuisse probabitur, Contrarium, præter alia supra à nobis adducta testimonia, veritatem nobis patefacibunt, Acta istorum & sequentium comitiorum, plurimaque Protestationes in diversis causis, maximè verò in causa Gebhardi Archiepiscopi Coloniensis factæ contrarium id[illegible] demonstrant, quas vide apud *Lehman. de Pac. relig. lib. 2. & 3. passim,* [illegible] *c. 23. & c. 12.* addat qui volet, *Engelbrecht. de jurisdict. §. 136. Colleg. alleg. loc.* Atque proinde etiam non immeritò dubitare quis posset, de veritate literarum illarum. *Zacharia* Geistorffer. ad Cardinal. [illegible] *de dato* Haißheim 9. *Januar. anno* 1615. König Ferdinand hat sich in den Puncten des Geistlichen Vorbehalts anno 1555. und

hernach

[illegible] in allen Schrifften und Bescheiden principaliter auff der Protestirenden Stände bescheidene Heimstellung gegründet, [illegible] habentes hujusmodi documenta [illegible] non licuerit, & [illegible] etiam nobis non demonstrabant; Miramur potius illud, quod [illegible] adprecentam illud compositionum vocitetur, cum ipsi [illegible] supra diximus, Protestantium [illegible] fuerint, si Ferdinandus permissu sibi à Fratre Imperatore plenitudinis potestatis exercitio, hoc in articulo, non attenta eorum dissensu uti vellet, se ipsi resistere non posse, vel [illegible] proposito impedire. Fuit itaque hoc in passu, quia [illegible] inter se nullo modo convenire poterant, fundata illa Caesareae Majestatis plenitudo, quam [illegible] etiam permisso sibi hac in parte [illegible], exercere [illegible] potuit. Arnoldus [illegible] Hippolith. [illegible] p. 69. conclusio, Carolum jus illud in Ferdinandum quod non habebat,
6. quia [illegible] causae religionis transferre non potuisse. Verùm praeter [illegible] jugulare [illegible] gladio, quippe quod ipse postmodum in [illegible] p. 70. dicat, licet non absque vitio contradictionis, quod tamen [illegible] peculi esse debebat, [illegible] religionem non [illegible]. Et verò religionem etiam seu ejus
7. [illegible] directo non & principaliter respicere, vel inde patet, quod [illegible] Pacificatio Religiosa, ut tam Romano-Catholica, quàm Augustana Confessio, in Imperio Romano secura haberetur, ab Imperatore unanimi omnium Imperii Procerum consensu sancita fuerit, & limitatio tantummodò quaedam circa personas Ec[illegible], in eâ autoritate plenitudinis potestatis Caesareae, idque in favorem capitulorum [illegible] contigerit; ut [illegible], & Capitulares, etiamsi Dominus [illegible] Episcopus, vel alius ejusdem ordinis qui ut Princeps aliàs jus reformandi in suo territorio habuisset, ad Augustanam Confessionem transiret; tamen eum ipsum recipere haud tenerentur, tamenim [illegible] [illegible] fuisse, disertissimè liquet, ex verbis [illegible] [illegible] 1555. [illegible] Und nachdem bey Vergleichung [illegible] und die Capitul [illegible] von gemeinen Rechten gebühret. Ut proinde [illegible] vel ipsi subditi, ad formam [illegible] religionis conservari, [illegible] pro se introducto [illegible], dispositionem istam [illegible] Caesare dicendum veniat, [illegible] Colleg. jur. publ. [illegible]
8. [illegible] Hodie tamen dispu-

ratio hæc ultima, quod notari meretur, frustranea videri potest, postquam de eo in *Pacific. Osnabr. artic. 5. §. Sequenter,* placuit, ut *si Catholicus Archiepiscopus, Episcopus, Prælatus, aut Augustanæ Confessioni addictus, in Archiepiscopum, Episcopum, Prælatum electus, vel postulatus Solus, aut una cum Capitularibus, seu singulis, seu universis, aut etiam alii Ecclesiastici religionem imposterum mutarent, excidant statim suo jure, honore tamen famâq; illibatis, fructusq; & reditus citra moram, & exceptionem cedant, Capituloq; aut cui id de jure competit, integrum sit aliam personam Religioni ei ad quam beneficium istud vigore transactionis istius pertineat, addictam eligere, aut postulare, ita tamen ut decedenti Archiepiscopo, Episcopo vel Prælato, fructus interea percepti consumpti relinquantur.*

§. XXXIII.

1. *Rursum in Comitiis conclusorum promulgatio Imperatori Soli in Imperio competit, ejusq; Reservatis accenseri meretur.*
2. *In publicatione Decretorum semper Imperatoris nomen ob sequentem injungitur.*
3. *Respondetur ad Constitut. Ueber von gemeinen Pfenning; qua contrarium astruere voluit Hippolithus à lapide.*
4. *Hippolithi à lapide fallacia detegitur quod cum assertionem suam veritati congruam non esse cognoverit, jus illud promulgandi enervare allaboraverit.*
5. *Respondetur ad ejus rationes.*
6. *Quatenus Imperatori & unde Promulgatio ista competat.*
7. *Refutantur adhuc alia Hippolithina oppositiones, quibus probare voluit confirmationem Decretorum in comitiis non esse Imperatoris.*
8. *Recessus Imperii quamobrem ita dicantur.*
9. *Comitia, uti & Recessus interdum quoque simpliciter Solius Imperatoris esse dicuntur.*
10. *Falsissima est Hippolithi à lapide assertio, quando Ordinibus etiam invito Imperatore in Comitiis decernendi facultatem asserebat.*

RERUM autem ita vel communi consensu Statuum deliberatarum, vel ex plenitudine Imperatoriæ potestatis tantum decisarum Confirmationem, sequitur *Promulgatio;* Et quia ea in Imperio nostro solius Imperatoris, indeq; commodè ad Reservata Imperatoris referri possit, nemo, ut speramus erit, qui inficias ibit, & testari satis de ea re poterunt omnia Imperii decretorum initia & subscriptiones, ita ut eam latius exsequi velle supervacaneum videri posset, *vid. R. J. d. anno 1521. in prin. Pacific. Osnabr. artic. 16 in princ.* ubi disertè habetur, quòd *Imperator ipse per universum Imperium edicta*

S promulgare,

promulgare firing, mandare in debeat, qui istu pactu & Pacificatione illa Osnabrugensi, ad aliquid restituendum vel præstandum obligant ur, ut sine tergiversatione & noxa intra tempus conclusa, & ratificanda parte præstent, & exequantur Transacta &c. Manifesto indicio promulgationem decretorum Soli Imperatori vi Majestatis ipsi inhærentia propriam esse, accedente etiam illo, quod in ipsa publicatione, semper Solius Imperatoris nomine obsequium decretis præbendum
a. injungatur, uti præter *alios Recess.* testari potest. *R. J. d. anno* 1521. §. Darauff *ibi* befehlen Wir allen und jeden/ Euch auch hiemit/ auß Römischer Käyserlicher Macht/ *&c.* quale tamen quid aliquoties Statuum nomine injunctum fuisse, nondum nobis videre licuit. Et vero quid aliàs operaretur vulgaris illa Nominis Imperatoris præpositio, Wier N. Von Gottes Gnad bekennen und thun Kund jedermänniglich/ nisi ossibus sic dicamus Imperatoris promulgandi illa potestas inhæreret, præterquam etiam quod non tantum eo in casu, ubi illa ex autoritate Cæsareâ Solus, sed etiam ubi consentientes sibi habuit Status Imperii rem decrevit, in monumentis Imperii iterum ipsi illa tribuatur, ceu liquet ex *omnium ferè R. R. promulgatorum clausula* Nach dem Wir uns mit den Ständen/ und sie wiederumb mit uns/ sich verglichen / so setzen demnach Ordnen und wollen Wir auß Römischer Käyserlicher Macht/und Vollkommenheit: *Reink. d. R. S. & Eccl lib. 1. Cl 5. c. 6. n. 120.* Neq, obstat *unica illa constitutio*, von gemeinen Pfenning *d. an 1495 in prin quam Hippolith. a lapid. d. Rat Stat. part 1 c. 6. sect 2.* objicere voluit. Quod in eo quoq, Statuum Imperii
b nomina præscripta legantur *in princ.* Wier *Maximilian.* von Gottes Gnaden Römischer König/ *&c.* Und von derselben Gnaden Berthold zu Maintz Herman zu Cöllen/ Johan/ zu Trier Ertzbischoffe/ illud enim singulare esse vel inde liquet, quòd nullibi simile quid, neq; in anterioribus, neq; in posterioribus Imperialibus documentis, imo neq; in ipsis quæ uno eâdemq, diæta, uno eodemq, loco & anno promulgatæ & quarum quinq; adhuc in Codice Recess. Imperii reperiantur, Constitutionibus occurrat, & proinde etiam frustrà pro stabiliendâ Statuum Imperii, hujus juris possessione, vel quasi adducitur; ut jam non dicamus, quod si inde imaginatum *Hippolithi* Aristocratiæ, robur quoddam contingere posset, certè non qua-

rum quorundam tantum, sed imò omnium, utpote quorum æquale, cum jus esset, nomine legenda forent, ideoque tectius Sollad- scribitur prudentiæ, vel Curiositati Maximiliani, utpote qui cum cognosceret occupatas fuisse Imperii deliberationes, circa extraor- dinariam quandam, & per quadriennium duraturam pecuniæ ero- gationem, ut eò faventiores sibi in expedendo haberet Ordines, & ipse securior quoque de promissâ sibi illa collatione esse posset, voluit Statuum quorundam, & maximè præcipuorum nomina ad- jicere. Explenè rem hic singularis tractationis fuisse, imo vel eam conventionem legis fundamentalis nomine insigniti non posse, vel hinc etiam constare potest, quod disertissimis verbis dicatur Status Imperii communem illum denarium loco specialis Ordinationis einer besonder Ordnung promisisse, quod deniq; ipse Imperator, pe- culiari cautione se illum ultra quadriennium, non exacturum, cave- re opus habuerit, uti videre est *in fin.* der Satzung. Quod ipsum quo- que postmodum Hippolitho in mentem venisse sequentia docent verba, quando ait se concedere dicit, Leges promulgare Solius Imperatoris, & illud tamen, non adeò magni ponderis esse. Nam, 4. & apud Venetos quoq; totius Consilii Decreta, & leges, tum etiam publicas literas, sub nomine, & autoritate Ducis prodire; Nec ta- men ideò eum in condendis legibus, aut administrandâ Republicâ & decernendis hîs, quæ publicè utilia visa sunt, potiores obtinere partes, è quoquam qui sanæ mentis fuerit, dici posse. Imò & olim in Gallia, ante Legem Caroli V. Regis, leges, edicta ac rescripta, jussa denique omnia, nomine manu ac Sigillo Regentum Regni sancita fuisse: Nec tamen eorum ideò in ferendis legibus majorem, magisque eminentem, quam ipsius Regis fuisse potestatem. Quam priorem concessionem largâ accipimus manu; At posterius effatum 5. est, quod omnigeno confutandi debet conatu. Planè si æque Impe- ratori nullam majestatem competere probasset, *Hippolithus*, prout de Duce Venetorum constat, & jam suprà quoque de ea testimonia adducta fuerunt, priori illo exemplo quid efficaciæ largiendum fo- ret. Quod tamen cum factum non meritò, & quidem justè fieri debebat, non fuerit, illi amplius in hærendum non erit. Posterius exemplum in adversarium nostrum retorquemus.

 Quod

Quod si enim isti Franciæ Regentes juribus majestatis eliàs non gaudentes, *uti ex Bodin. lib. 1. de Republic. cap. 8. pag. 12. refert. Domin. Lenana. d. Not. Regni. Franc. lib. 2. cap. 22. lit. Q.* propterea, quod omnia edicta, & rescripta tunc temporis eorum quoque nomina præ se ferebant, uti præter eundem *ab Hippolith. allegat. Bodin. d. lib. 2. c. 8. p. m. 127. testatur. Du Haillan. de l'estat des affaires de France. livr. 4. p. 368.* & probat *par les registres du Parlement de Paris, lorsque Charles V estant Dauphin, & Loys Duc d'Anjou Son frere & Charles VII. Dauphin estoient Regens*, nihil plane juris inde sibi arrogare potuerunt, vel ipsis adscribi poterit, certè nec nostri Ordines participes facti juris promulgandi constitutionum Imperialium, per unicum illud de communi denario emissum decretum, quod eorum quædam, immediatè post Imperatoris, apposita cernuntur nomina. Quin potius illud ipsum originariæ suæ Causæ majestati nimirum Imperatoriæ secundum antedicta tribuimus, concedentes aliàs, *Hippolitho*, si nihil amplius promulgatori, quam nuda illa nominis appositio, competat, uti quidem Duci Venetorum, ob naturam regiminis, quod Aristocratico more ex communi Politicorum sententia, gubernatur, nihil ampliùs competere

6 potest, eum propterea majestate nequaquàm gaudere. Quæ verò Imperatori nostro promulgatio illa non tantum ex simplici illa nominis appositione, sed ex reliquo etiam legum ferendarum jure, vi majestatis sibi competentis, quia Status Imperii noster regius est, adscribitur, rectè quoque jus illud promulgandi, jus quoddam majestatis, seu actus quidam secundus juris majestatici legum ferendarum dici potest, licet de cetero ipsum actum primum regulariter Reservatis accenseri nollemus ob adhibendum necessario quoque regulariter, Consensum Ordinum. Quo tamen Ordinum consensu Imperatori, jus illud, (uti etiam ceteris quibus accedere debet,) haud ademptum, neq; Statibus Imperii communicatum esse, supra latius jam à nobis deductum fuit, idque ulterius probat, *Anton. Geler. d. jur. Impor. Germanic. Sect. 18. per tot.* Reliqua etenim quæ ab *Hippolith. d. dict. sect. 2. part. 1. c. 6.* pro adimendo Imperatori hoc ju-

7 re afferuntur argumenta, partim inepta, partim frivola sunt & variis adresolvuntur. Nihil enim primo obstat, quod Imperii & non

Impe-

Imperatoris Recessus dicantur Reichs Abschiede & gemeine Reichs-Beschluß / ein Recessus Imperatoris & Imperii unser und gemeiner Stände Abschied *R. J. d. anno* 1564. §. Haben sie *suprà.* unser und deß Heiligen Reichs *Constitutionen* und Ordnungen / *R. J. d. anno* 1567. §. Aber doch da sie / Respondemus siquidem (1.) ineptè admodum, uti suprà jam diximus, opponi Imperium Imperatori, & vicesversa, siquidem illud Imperium ratione majestatis, & supereminentiæ Dominii eo ipso Imperatori concessi, ejus est, eumque ut caput, & Dominum supremum recognoscit, cum etiam (2.) Recessus dicuntur Imperii, non tam ratione causæ efficientis, quasi nimirum Ordines eos Communi Consilio cum Imperatore, uti vult Hippolithus, constituerent, quia uti diximus eorum consensus non alia conditio sine qua non appellari meretur, sed potiùs ratione objecti, quod scilicet de rebus, quæ Imperium concernunt, ejusq; utilitatem respiciunt, agant, accedente & tertio illo, quod locutio illa perpetua non fit, sed ferè indifferens, & admodum variabilis, quod enim *Aurea Bulla Caroli IV.* Der Römischen Königlichen Majestät Cammer-Gericht *rubr. Ordinat. Camer anno* 1495. *Reformation* Käyser Friderich deß Dritten. Peinliche Halsgerichts-Ordnung Carl des Fünfften referri deberent, Imo quod magis est, quod ipsa Comitia & in iis conditi Recessus Soli as Imperatoris, aliquando esse dicantur in *Ordin. Regim. d. anno* 1500. *tit.* Wie zwantzig Persohnen *&c. vers.* und seind dieselbige in unsers Königlichen Reichstagen / *Conf. Dn. Sixter. animadvers. in Hippol. part. 1. c. 6 sect. p. m.* 289. Nun obstat secundò, *quod ex Burchard. part. 3. autonom. c. 37. & Pantmeister lib. 2. de jurisdic. c. 2. n. 52. edit. poster.* probare voluit, confirmationem esse non Imperatoris, sed Statuum, respondemus etenim id fieri contra notoriam experientiam; & expressa Recessuum verba, quorum certè major quam privati alicujus scriptoris fides, & autoritas censeri debet. *Illustr. Dn. Schütz in prælect. juris public. lib. 2. tit. 2. posit. 3. vid. R. J.* Zu Augspurg *d. anno* 1590. *rub. ult. ibi* und Wir Churfürsten / Fürsten / *Prælaten*, Herrn / und deß Heyligen Reichs Frey und Reichs Städte / Bottschafft / und Gewalthaber / bekennen und thun kund allermänniglich / das obgemelter / unser allergnädigster Herr / der Römische König die obbeschriebene Ordnung / Satzung und Artikel / wie vor-

stehe

fern Rahr und Willen zu geben und annehmen fürgenommen/georbnet/gesetzt/und gemacht / quæ certè ulcima verba Imperatori confirmationē adscribere, negare velle, esset arti rationis impingere, præcipue quod nobis hic *confirmare nihil aliud sit* , *quam decernere vel approbare*, quæ certè approbatio, cum sit voluntaria non necessaria, ita ut Imperator invitus eam præstare nō cogatur, quæstio planè cessare videtur , utrum Imperatori ea competat vel Statibus, & proinde etiam malè *Hippolith.* præsupponit , quod exemplo mandatæ jurisdictionis Prætoris, vel Consulis, testamento , vel alterius minus legitime testamento tutoris, & confirmati postmodum , autoritate, vel legis vel prætoris, ultor, quod Imperii Status , ut sic dicamus leges decernant, cum utique omnis eorum virtus non nisi in deliberatione, se & quomodo lex in communem utilitatem sanciendā *R. J. d. anno* 1530 § *fin.* atque in consensu præstando occupata sit, & per consequens etiam prædicatū illud tam dandi est faciendi, quam confirmandi legem ad Imperatorem tantummodò referri debet , *vid. Capitulat. Carol. V. artic. 2. & seq. Ordin. Polit. d. anno* 1577 *in prin.* Quod enim 5. Objicit *Hippolith.* Ordinibus etiam , non obstante Imperatoris dissenso, concludendi ac decernendi facultatem

50\. esse, illud intrepidè quidem uti ipse loquitur asseveravit, sed magno cum mendacio , quin potiùs rem inverso planè more se habere, suprà jam observatum fuit. Neque enim sententiam istam suam ex *Sleidan. lib. 4. historiar.* probare poterit decreto illo Noribergæ condito absente ipso Imperatore , quia hic postquam de eo certior factus , illud non tantum reprobavit , sed & Status imperii, graviter incusavit atque ut priori, & à secundo Decreto Wormatiensi pareren , nisi pœnam subire vellet uti loquitur *ipse Sleidanus* edixit. Unde etiam postea decretum illud antiquatum fuit, Statusq; Imperii Wormatiense rursum agnoverunt , uti docere potest *R. J. Spir. d. anno* 1524. §. Demnach haben Wir / et proinde constit temeratio *Dn. Sluter part. 1. C. 4. sect. 5. p.* 219. Conjectura , *Hippolitho aut historiam hanc planè non lectam aut dissimulatam fuisse.*

§. XXXIV.

a. Ratio continuationis cum in § sequ. de jurisdictione agatur, adjicitur
b. Medio jurisdictionis vocabulo plura continentur quam olim Iure Justinianeo,

Iuris-

3. *Iurisdictio in communi more hodie accepta, nomen male in Universalem & particularem discerni potest.*
4. *Iurisdictio Imperatoria quam in Aulico Imperii judicio exercetur, non male inter Reservata Imperatoris collocatur.*
5. *Jurisdictio Cameralis ab Imperio eo in sensu uti vult Hippolithus à lapide dependet neq; ab Imperii statibus, vel Imperatore simul sed ab hoc solo, licet ejus Reservatis accenseri nequeat.*
6. *Proferuntur Autores negantes Cameralem Jurisdictionem solius Imperatoris esse eorumq; argumenta ex Campilucore Hippolithi adducuntur.*
Argumenta pro affirmativa Camera
7. *Jurisdictionem soli Imperatori tribuentis sententia.*
8. *Causa impulsiva instituti Cameralis Judicii.*
9. *Hippolithus à lapide de Judicio Aulico calumnia damnantur.*
10. *Supplicatio loco Revisionis in Camera usitata à sententiis in Aulico Judicio latis ad Imperatorem concedatur.*
11. *Imperatori Spiram venienti judex & assessores Camerae Sceptrum Regale offerunt, plane ut Consules Civitatum Imperii claves portarum.*
12. *Vera additur ratio quare Maximilianus ad Camerae judicii constitutionem consensum Statuum Imperii acquisiverit.*

ATq; inde nunc oculotenus apparet cuinam Imperatori, an vero Statibus Imperii Decretorum, vel legum sancitarum, autoritas deferri debeat; sequitur nunc justo ordine illa, quae secundum eas juris reddendi appellari solet facultas: quaeq; communi alias, nomine jurisdictio vocatur. 1.
Non equidem disputabimus nunc, magnopere de genere jurisdictionis, ejusque definitione extruenda, utpote, jam dudum edocti, remaliter secundum mentem legum Justinianearum, aliter secundum mores nostros designandam esse, utpote quod hodie sub jurisdictionis vocabulo non tantum ut olim vetusto jure, magistratus competens *l. 1. ff. d. jurisdict. l. 99 l. 2 z. 5. Dd. V. S. l. 5. in. prin. D. d. re judic. Cujac. in paratitl. Codic. d. juris dict. Hillig. libr. 17. Donell. Enucl. cap. 7. C. l. A. d. jurisd. num. 5. Stephan. d. jurisdict. libr. 1. cap. 5.* 2.
sed etiam ipsa de criminibus cognoscendi, & animadvertendi juris publice constituendi universis civibus potestas comprehendatur, referente *Pruckmoser, d. juris dict. Imper. Roman. libr. 2. c. 3. n. 4. & 5 & post. cum subtilissime more suo Dn. Schütz. in praelect. ff. ad tit. d. jurisdict. secundum mores nostros* ut proinde, qui non discretis juribus vel non observata vocabuli ambiguitate, unam eandemq; per omnia extruere vellet definitionem, non posset non cum Dd. hactenus communites

niter hallucinari, ubi tamen observari annotarique meretur, hodie vocabuli jurisdictionis acceptionem usitatiorem, frequentioremque esse mediam, quæ nimirum pro illa potestatis politicæ parte usurpatur, quæ in jure singulis postulantibus, sive privatis, sive Reipublicæ, tum judicando, quam exequendo in caussis civilibus & capitalibus reddendo consistit, sive nunc in invitos sive volentes exerceatur. Quæ etiam uti ex ante dictis & post dicendis patet, partim hujus loci est, & non inepte discerni posse ratione subjecti passivi, quod sit inde vel universalis, vel particularis? Universalis quæ competit Imperatori nostro vi majestatis sibi competentis
3. per universum, undique Imperium, ab ipso etenim tanquam fonte omnis in Imperio jurisdicendi potestas descendit, atque ad eundem recurrit, uti id provocationes seu appellationes *ad suprema Imperii judicia Aulam nempe Cæsaream & Cameram Spirensem* edocere poterunt Conf. *Michael. d. jurisdict. th. 64.* Particularis, quæ competit cuique Principi vel Domino in suo territorio, & quam deinde per subministros suos exercere solent. Universalis illa Imperatoris Jurisdictio exercetur hodie per Aulam uti ex superioribus colligere licet, & Cameram Spirensem. Atque hoc quidem quoad Aulam nullum dubium habere videtur. Namque licet ante fatale Germaniæ prædictum bellum, *verba sunt Excellentissimi Conring. d. Rep. German. & troam. 6. p. m. 169.* à Correspondentibus Imperii Ordinibus hujus judicii autoritas acriter fuerit oppugnata, tamen etiam tum à pluribus Ordinibus, fuit admissa, præsertim, quod etiam in Transactione Pragensi confirmata, & nuper neque Oinaburgis, neque Monasterii
4. de re disputatum, & proinde etiam illius juris dictio non immerito inter Reservata Imperatoris referri poterit, neque enim casus apparet, quo Imperator in decidenda aliqua controversia consensum Statuum hodie adhibere teneretur, nisi velit, quod ipsi liberum est, uti habet *Pacificatio Osnabrugens. articulo 5. versiculo quoad processum* præterquam ubi de Statu in bannum declarando agitur, tum enim consensum Electorum concurrere debere docemur ex *artic. 30. Capitulat. Ferdinandi III.* Major dubitatio oritur quoad judicium Camerale, quippe quod communiter hactenus decca-

doceamur jurisdictionẽ Cameræ ab Imperatore & Ordinibus junctim dependere, imò quòd magis tantummodo ab Imperio, utpote quòd solum jurisdictionem universalem sibi reservaverit, uti vult *Hippolith. a lapid. part. 1. c. 10 passim.* Verum uti ultimum illud *Hippolithi* 5.
dogma ineptissimum esse, vel ipsæ Capitulationes Imperatorum evincere possunt, ubi inter alia promittere solent, daß sie insonderheit in dem Heiligen Reich Frieden / Recht und Einigkeit pflantzen / auffrichten und verfügen sollen und wollen / daß sie ihrẽ gebührlichen Gang dem Armen als dem Reichen gewinnen und haben / auch gehalten / und denselben Ordnungen / auch Freyheiten / und altem löblichem Herkommen nach gerichtet werden sollen (*vid. Capitulat. Ferdin. III. artic. 1.*) quæ tamen promissio nullius esset momenti si Imperii & non Imperatoris fundata per universum Imperium esset jurisdictio; ita certè & prius postulatum sequentia falsum esse evincent argumenta. Sanè cum eminentissimum hoc Cameræ tribunal primum autore *Maximiliano Cæsare*, deliberationi crescente mirũ in modũ litium multitudine, cui medela procurare integrae Reipubl. cæ Romano Germanicæ, utpote quæ divitias paulatim nescimus quo tristi fato perdere incipiebat, anno 1495. subjecta, & ad eã denuo *anno* 1530. revocata, atque in Spira Nemetum, Status eidem locus esset, decretum, requisitus fuit semper consensus Statuum, & posterioribus quoque temporibus, ubi de reformatione quæstio objecta Imperatori, communi semper consilio, totius Imperii, tam quoad commodiorem locum, quam quoad accelerandum magis, magisque jurisdictionis vigorem, de remedio salubri cogitatum fuit, vid. *Pacific. Osnabrug. Artic. 5. §. 20 & R. I. noviss. d. anno 1654.* §. alßdann nechst diesen in Berahtschlagung & *seqq.* ut proinde inibi quæ exercetus jurisdictio, haut inter Reservata 6.
Imperatoris Jura Majestatis referri queat, secundum definitionem eorum antea suppeditatam, etsi alias nihilominus illa solius Imperatoris sit, & ad eum tanquam fontem recurrat. Ut tamen de ea re, eò melius constare possit, & deinde ad proptæ sic dictam Imperatori reservatam jurisdictionem venire liceat, duo dispiciemus: *an nomine jurisdictio Cameræ tantum sit Imperatoris, an vero Imperatoris Statuumq; simul; & denique, an invicem Imperator & Camera concurrentem habeant jurisdictionem.* Quantum ad primam attinet quæstionem, sunt nonnulli qui po-

6. strus membrum amplectendum ambabus ulnis censent; inter quos principue numerari meretur Autor quisquis est Informationis Donawertensis fol. 153 & autor des gründlichen Unterrichts/Amberg 1613. excus. ob der Käyserliche Hof-Raht/ mit und neben dem Käyserlichen Cammer-Gericht zu Speyer concurrentem jurisdictionem in allen und jeden Sachen habe/ fol. 56 & novissimè eorum scrinia compilans Hippolithus à lapid. dict. p. 1. c. 10 sect. 5. contra quem etiam calamum nostrum maximè stringemus. Probare hanc suam quidem sententiam conatur Ordinat. Camer. part. 1. t. 6. §. ubi expressus est textus, daß die Beysitzer von der Käyserlichen Majestät/ auch Chur-Fürsten und Ständen des Heyligen Römischen Reichs an solche hohe Instantz geordnet/ und an jhre statt sitzen. Deinde Ordinat. Camer. part. 3. tit. 35 daß dem Kammer-Gericht sein starcker Lauff gelassen werden solle. Memorial. d. anno 1570. quod ex Cifuera relatu Autor der kurtzen Außführung/ daß Chur- und Fürsten nicht schuldig in allen und jeden Sachen am Käyserlichem Hofe zu Recht zu stehen pratom. a. ubi dicunt, daß sie die Beysitzere neben dem Herrn Cammer-Richter die Käyserliche Majestät/Chur- und Fürsten und alle Stände des Heyligen Reichs repræsentiren. Replica statuum Secularium Electorum ad Imperatoris Resolutionem d. anno 1590. quæ extat apud Londorp. tom. 2. actorum public. tract. 4. p. 79. malè enim ab Hippolitho allegata est. p. 49. ibi daß Cammer-Richter und Beysitzer jhre jurisdiction von Käyserlicher Majestät auch Chur-Fürsten und allgemeinen Ständen des Reichs sämentlich haben. (2.) Quod Assessores simul præsententur ab Ordinibus Imperii. (3.) Quod præter Assessores Reliqui Cameræ Ministri, non ab Imperatore, sed Archiepiscopo Moguntino, qui utique non Imperatoris sed Imperii ArchiCancellarius sit per Germaniam constituantur. (4.) Quod ejus Reformatio, & Visitatio, non tantummodò ad Imperatorem, sed insuper etiam ad Status pertineat. 5. Quod quando pars per sententiam Cameræ gravatam se existimet, caussa per Revisionis, & Syndicatus remedium ad Cameræ Visitatores, & non ad Imperatorem devolvatur. Quod utique tamen in conveniens esset, si Camera Imperatori soli, & non toti Imperio jurisdictionem suam ferret acceptam. (6) Quod executio rerum in Camerâ judicatarum non Imperatori, sed præfectis circulorum competat, cum tamen

non allès in executione rei judicatæ, semper ad illum à quo judices, aut
judicii autoritas dependet, recurratur, atque is sententiam exequa-
tur, qui eam tulit, aut referre jussit, uti in hanc rem malè iterum allega-
vit *Hyppolitus à lapid. libr. 15. d. judiciis.* reperitur enim in *L. 15. ff. de re judicat.*
Ultimò denique quod Imperator, Cameram Jurisdictione privare,
aut eam avocare non possit, cùm tamen ut legistæ tradunt, quilibet
Monarcha possit tollere omnes jurisdictiones, si velit, ac reducere ad
reductiones regales. Quicquid sit argumenta hæc etsi magni ponderis
esse videantur, talia tamen non sunt, ut nos ab illorum sententia, qui
unicè Cameræ Jurisdictionem à solo Cæsare concessam esse statuunt, 7.
retractare valeant. Quod si enim simul à Statibus Cameræ Jurisdi-
ctio, tum necessum fuit, ut ipsi ante fundatam jam Cameræ Jurisdi-
ctionem, jurisdictionis participes fuerint, nemo siquidem plus juris
in alium transferre potest, quam ipse habet *Stephan Gratian disceptat.*
forens. tom. 4. c. 777. n. 6 l. 54 ibiq. Dd. & Cagnol. ff. de Regul. iur. l. 14 C. de
donat. Pichard ad princip. Inst. de acquisit. per arrogat. n. 49. Jam verò num-
quam probabitur Status Imperii, ante vel post etiam tributam à Cæ-
sare Camerali Dicasterio Jurisdictionem, de ea quid participasse: Si
enim participassent, tum vel singuli in singulos, vel ut corpus quod-
dam Imperii Aristocraticum in singulos eam exercuerint, necessum erit.
Non prius, quia par in parem Jurisdictionem Imperiumve exer-
cere non potest *arg. l. 4. ff. de recept. arbitr. l. 13. §. 4. ff. ad Trebell. c. 4. s. 6 di-*
stinct. 21. Rebuff. tom. 1. ad leg. Gall. tract. de revocat. n. 46. p. 265. Pantmüller de
Iurisd. libr. 2. c. 6 p. 641. in fin. Non posterius, quia tunc Aristocratia in
Imperio aut ad minimum mixta fuisset Respubl. Romano-Germani-
ca. Quæ ipsæ tamen assertiones secundum superius dicta falsæ sunt,
cum etiam ex hoc ipso probari poterit, quod ante Cameræ institutum
tribunal, uti ipsa Ordinatio Cameræ & monumenta Imperii, quorum
plurima congesta videre licet apud *Dn. Conring. discurs. ult. de Republ.*
Germanici Imperii, perspicuum faciunt, quod summa jurisdicendi pote-
stas in Aula Imperatoris pertractata fuerit. Quod ipsum magis perspi-
cuum evadet, si causam impulsivam judicii hujus intuearis, quæ certè
alia non erat, quam quod Aula Imperatoris crescente adeò litium 8.
multitudine, non pareat amplius iis decidendis, & determinandis,
& quod si inde... ejusmodi quoddam judicium constituere.

tur minoribus sumptibus suum consequi possent Status Imperii *R. I. d. anno* 1566. §. Nachdem der gemein. *Dominus* Schütz *in prælection. jur. publ. lib. 2. tit. 2. posit. 7.* Quod enim nonnulli hanc causam fuisse suspicantur, quod judicium Regium una cum Cæsare ambulatorium & plerumque, uti *Hippolith. à lapid. part. 1. c. 10. sect. 4. art.* in extremis Austriæ

10\. finibus erat, quodque judicium hoc certa formâ certisq; ad id destinatis ac idoneis personis carebat, & forsan ab Imperatoribus deputati ad id ut hodie sæpiùs facere arguantur, ut olim quoque corrupti muneribus aut affectibus seducti, sequiores ferebant sententias, illud partim simpliciter verum non est, partim quoque non sine scandalo, & ingenti cùm Cæsarum, tam anteriorum, tum posteriorum injuriâ asseritur. Nam & olim judicium illud Aulicum ab antiquissimis temporibus vagum erat, nec tamen hactenus ulla necessitas exegerit, locum aliquem illius judicio statum designari, confer *Nobilissimum Dn. Conring. in dict. animadvers. ad. d. Imper. judic. p. m.* 268. etsi quæ Assessorum seu des vel deputatorum corruptiones fuerint, quas tamen hactenus ad fuisse, eo uti probare debebat modo *Hippolith.* nondum probavit, illæ frustrà ipsi Imperatori, & ejus judicio regio in se adscribuntur, præcipuè quòd etsi pars quædam gravatam se scivisset, Imperatorem ipsum adire, & de injuria sibi illatâ, corruptoque judice conqueri potuisset.

11\. Cœterum etiam nunc ita obtinetur loco Revisionis in Camera usitatæ, parti gravatæ à sententia in judicio Aulico lata integrum sit, ad Cæsaream Majestatem supplicare, ut acta judicialia, denuo adhibitis aliis gravitati negotii paribus, neutrique partium addictis, ex utraque Religione æquali numero Consiliariis & qui concipiendæ, & ferendæ priori sententiæ non interfuerunt, aut certè referentium & correferentium partes non sustinuerint, revideantur. *Pacific. Osnabrug. artic. 5. num 20. vers. quoad Processum.* Quandoquidem itaque Status Imperii jurisdictionem non habuerunt, certè nec eam Cameræ communicare potuerunt, nisi uti graviter *Lampad. de republ. Rom. Germ. p. 2. c. 15. p. m.* 231. inquit ex arido fonte rivulos desluere, seu calorem ab igne ea subjecta communi nab dicatum, seu agendi efficaciam causæ secundæ inesse, deesse primæ, dicere velimus, quod tamen quam absurdum sit, norunt isti, qui entium dependentium & independentium naturam discernendam esse accuratè satis docuerunt; ut taceamus jam, etsi per

se omnia

se omnia non inducens, adjuvans tamen, & non contemnendum illud argumentum, quod ex emissione decretorum Cameralium, ubi *tantum* per nomen Imperatoris continetur, pro nostra sententia afferri posset. Quod si enim ipse Servator ex inscriptione monetæ, Judæos ipsum interrogantes, an recte facerent quod Imperatori Romano tributum solverent, Imperio Romano subjectos, & proinde etiam recte solvi tributum argumentari potuit, quare etiam nobis licitum non esset, exinde quod omnis jurisdictio Cameralis Imperatoris nomine exercetur, Jurisdictionem ejus esse, accedente etiam eo, quod quando Spiram veniat Cæsar, Judex & Assessores Sceptrum Regale Sigillumque Regium, debitâ cum reverentia Majestati ejus offerant, quod quidem contigisse accepimus Maximilian. II *glor. recordat.* Imperatori, *in Comit. Spir. d. anno* 1570. vid. *Londorp. tom.* II *actor publ. lib.* 1. *p.* 20. *th.* darumb als weilland. eo ipso testantes, jurisdictionem sibi a Cæsare concessam sub eo administrari, referente *Paurmeister supr. alleg. loc.* Quemadmodum simili etiam ritu, quando liberam Imperii Civitatem ingreditur Senatus ei occurrens claves portarum offerre solet. Quod ipsum tamen indicium subjectionis vel argumentum ab aliquo acceptorum Privilegiorum, vel etiam jurisdictionis concessæ axioma significare, inde liquet, quod nuperrime tale et iam quid fidissimum *Regi suo Casimiris* Gedanum, & propterea etiam futuris fortassis canendum nepotibus præstitisse accepimus. Plane illud concedere necessum habemus, Cameram Imperialem quoad subjectum & modum exercendæ Jurisdictionis Cæsareæ Majestatis & communi omnium Ordinum Imperii Consilio deberi, sed non jurisdictionem ipsam, utpote, quæ tantummodò ab Imperatore, ut fonte omnis jurisdictionis descendere potuit. vid *Ordin. Camer. d. anno* 1484. *tit.* wie das Cammer-Gericht mit Richtern & *præfat. O C. de anno* 1555. Quod autem Maximilianus consensum Ordinum ad constituendum hoc Tribunal, præsuppositis comitiis habitibus, requisivit, id non aliunde & recte quidem *allegat. loc. Lampad.* factum fuisse suspicatur, quod hæc Cameræ Institutio & Ordinatio ad potestatem, legislatoriam pertineat, quam Imperatores ab antiquis Romanorum Imperatorum temporibus, sine Procerum consensu exercuisse & nostros etiam vi Capitulationum exercere non posse cuivis notum est. Qui tamen consensus, ut supra multis passim

nan absorbere docuimus ipsi Majestatem, ita nec hic, quo minus Cæsari Jurisdictionem Cameræ concessisse credamus efficere poterit, & nostra maximè sententia probabitur, dum etsi Cæsari Jurisdictionis Cameralis ortum adscribamus, inter reservata tamen ejus Majestatis jura referre noluerimus.

§. XXXV.

1. *Respondetur ad primum negantium Cameræ jurisdictionem unicè Cæsari adscribendam esse fundamentum.*
2. *Electoris Saxoniæ elegans de Concurrentia Imperatoriæ jurisdictionis cum Camerali effatum.*
3. *Respondetur ad secundum fundamentum, in quo ex Hippolitheum à lapide sibi ipsi contrariari.*
4. *Numerus Dominorum Cameralium in quantum per Pacificat. Osnabr. recollectus sit, & quis illos constituat.*
5. *Judex Cameræ & Assessores quando quis in præsentando cunctatur, ipsi præsentare possunt.*
6. *Elegans Hippolithi à lapide Censura.*
7. *Respondetur ad tertium fundamentum.*
8. *Malè Hippolithus à lapide Protonotarium Cameræ ab Imperatore constitutum, à Statibus Imperii rejectum esse asserit.*
9. *Respondetur ad quartum fundamentum, asserendo & visitatorum potestatem ad Imperatorem referendam esse.*
10. *Notatur Lapsus Webneri in ijsmogetiv*
11. *Visitatorum Cameræ officium aliud generale aliud speciale est.*
12. *Respondetur ad quintum fundamentum, demonstrando Revisionem in Camera ejusque judicis Majestati Imperatoriæ deberi.*
13. *Processus in Revisione hodiernus varias ab antiquo.*
14. *Animadversio in Assessores Cameræ dolo malè judicantes soli Imperatori reservata est.*
15. *Respondetur ad sextum fundamentum.*
16. *Respondetur ad ultimum Hippolithi à lapide fundamentum distinguendo probatur, eum fallaciam causæ commisisse.*

1. ATQUE inde nunc nobis planè non officit, primò in contrarium allegati ex Ordinat. Cameræ textus, & illud quod ex Cæsare adductum testimonium, quippe qui concedimus, quoad subjectum locum & modum exercendæ jurisdictionis concurrisse Consilium universorum Imperii Statuum, & hactenus etiam rectè dici Dominos Camerales repræsentare Imperatorem & Ordines, non verò quoad jurisdictionem ipsam, utpote, quæ jam antea Cæsaris erat, & peculiarem sal-

tam saltem communi Statuum consilio determinationem accepit. Quantum ad *Replicæ illustrium Electorum opposita verba* attinet fateri ne'cesse habemus graviter ea nobis obstare. Cæterum commodè responderi potest, illa ita explicanda esse, ne absurditatem involvant, nam si ita crudè intelligantur, quod beneficio Statuum Camera etiam jurisdictionem acceptam ferre debeat, certè oppugnabitur, quantumvis perperam regula illa juris communis, quod nemo plus juris in alium transferre possit, quàm ipse habet, uti ex superioribus audivimus. Cum etiam postea in sequentibus verbis, res illa in totum quoad præsentationem Assessorum per modum rationis refertur, hoc modo, Inmassen dieselben von Ewer Käyserlichen Majestät und Ständen/wie die in unterschiedlichen Kräisen gesessen/ *præsentiret* und erhalten / und ihrer Ordnung nach visitiret werden / &c. Idque tanto magis, quod iidem Electores in *prioribus suis supra ad Cæsaream Majestatem relatis gravaminibus* judicium hoc Camerale simpliciter Imperatoris dicarant, vid. *Lundorp. acta publ. tom. 2. p.* 50. Wann dann Ihre Chur- und Fürstliche Gnaden/ zum Theil selbst / Theils dero Vorfahren / wegen Bestellung Ewer Käyserlichen Majestät Cammer-Gericht zu Speyer &c. quod tamen non fecissent, si quoque sibi ipsis & Statibus Imperii reliquis ipsam Cameræ Jurisdictionem acceptam tulissent. Quamvis de cætero, nec malè se habeat, hoc loco ad ista verba responsio *Domini Slüteri*. ea nimirum postmodum per subsequentem iteratam Cæsareæ Majestatis resolutionem, controversiam passa, & sic pro fundamento minimè adduci posse. Provocat enim ibidem Imperator ad priorem suam, ad priora itum Electorum gravamina responsionem, in qua disertissimis verbis, sibi soli, & non Statibus Imperii Cameralis Jurisdictionis originem attribuit, quando legitur, Ihre Majestät haben dem Cammer-Gericht gleichwol ihre Jurisdiction in etlichen Fällen communiciret/ aber sich derselben nicht abdiciret noch begeben/ apud *eundem Lundorp tom. 2. actor. public. p.* 55. Quid quod postea etiam ipse Elector Saxoniæ, Cameræ Jurisdictionem tribuerit Imperatori, vel inde constare potest, quod masculè per legatos suos in *Conventu Electorum Fuldæ anno* 1608. *celebrato*, Legato Electorali Palatino Camerario, qui Jurisdictionem Imperatoris maximam partem in dubium

dubium vocaverat se opponendo, concurrentiam ejus adhuc cum
2. Camera Imperiali propugnaverit, daß Ihre Majestät *Cameræ die jurisdictionem privativè* gegeben/könte man nicht behaupten/ hätte also *privatio* Stat und *Cæsar concurrentem jurisdictionem cum Camera.* vid. *Londorp. tom. 1. act. publ. p. 6.* Non obstat alterum illud secundo loco ad-
3. ductum in contrarium argumentum, malè enim à præsentatione Assessorum, ad ipsam jurisdictionem ita simpliciter infertur. Quippe quod si ita crudè huic argumento insistendum foret, ipse *Hippolithus* ad incitas esset redactus, quippe qui ab initio jam Constitutæ Cameræ. Jurisdictionem non Imperatori, sed simul Statibus Imperii, & tectè quidem si sententia ejus approbationem mereri posset, assignavit, jam verò constat, olim Imperatorem Maximilianum solùm ipsos Assessores quoq; constituisse, uti patet ex R. I. *de anno* 1495. Et per consequens eo ipso tempore secundum mentem *Hippolithi* fuit jurisdictio Imperatoris. Et proinde perperam quoque ficulneo isto ademptum it argumento Cæsari Cameræ Jurisdictionē *Hippolitum*, præsertim, quod
4. & hodie Imperator post *Pacificat. Osnabr. art. 5. §. 20* quo numerus Assessorum Cameralium ad quinquaginta in universum redactus est, duos etiam adhuc Assessores præter Judicem & duos Præsides constituere queat. Neq; obstat majorem tamen nihilominus Assessorum partem à Statibus Imperii & hodie quidē post *supra dictā Pacific. Osnabr. transactionem* 26. à Catholicis & 24. ab Augustanæ Confessioni Statibus addictis præsentari, sicq; à potiori debere fieri denominationē, uti porrò instat *Hippolith. supr. allegat. loc.* Respondemus enim concedendo, à potiori fieri debere denominationē, jā verò id potiùs, dignius & præstantius haberi debet, quod formam rei repræsentat, quam caussam externam instrumentalem, jam verò Jurisdictio Cæsaris Cameræ concessa formā ejus nō tantū repræsentat, sed imò vera ejus forma haberi debet, Assessores verò nihil aliud sunt, quàm instrumenta, quibus ceu mediis jurisdictio illa finem, quem intendit consequitur. Et proindè etiam eorum præsentatio cedat ipsi jurisdictioni, & ab illa ad hanc invalida sit consequentia necessum erit, Quo etiam facit quod ipse Judex Cameræ, & Assessores quando circulus aliquis in præsentando cun-
5. ctatur præsentare possunt, *O. C. p. 1 tit. 4. §.* Wie auch, Stultus cursum esset, qui inde jurisdictionem Cameræ Dominorum Cameralium esse concluderet. Unde etiam est, quod non attenta Statuum

hic

Ratio Assessorum præsentatione, ipsum hoc Augustissimum Tribunal frequenter in Constitutionibus Imperii simpliciter Imperatoris, nunquam vero Ordinum esse dicatur, **Das Käyserliche Cammer-gericht**, ut propterea etiam malè omninò egerit *Hippolith. d. l. p. m.* 203. quando absurdos eos esse putat, qui Cameram Imperatoris judicium nuncupant, quippe quod eo ipso, ipsas Imperii constitutiones absurditatis participes facere eum, perspicuum evadat. Nec refert quod aliquando etiam Imperatoris & Imperii summe judicio, summumque tribunal, dicatur, necessum enim habebit probare *Hippolithus* Imperium hic oppositive quoad Imperatorem aliorum pari, quod ipsum tamen cum nunquam probare possit, ita hic stapide asserimus, vocabulum illud imperii, hic additum loco differentiæ, quoad alia regna, in quibus potentissima Austriacorum similiter fasces gubernat, ceu adhuc hodie ita distingui videmus in omnibus mandatis aliisque Imperatorum rescriptis. *Dn. Schwighin prælect. J P. tit. 2. posit* 8. Tantò minùs obstat, quod præter Assessores reliqui Cameræ ministri, non ab Imperatore sed Archiepiscopo Moguntino, ut Cancellario per Germaniam constituantur, 71
quia primò assertio illa universalis non est, quo enim referendi aliis essent Fiscalis, & Advocatus, qui huic adjungitur, quos certe solus constituit Imperator *O.C. part. 1. tit.* 15. quo isti qui per ministrum Cameræ, *O.C p. 1 tit. 26.* Et quamvis posteriori hoc casu confessus eum Moguntini Electoris ut Archi-Cancellarii Imperii per Germaniam accedere debeat; quia tamen Imperium illud virtute & perpetuam Imperatori, ut aliquoties audivimus opponitur, ∫ ipsum Imperium Imperatoris est, eo ipso patet Consensum illum Moguntini Archi-Cancellarii magis arguere, quàm destruere Majestatem Imperatoriam: Unde nunc etiam propria quasi virtute secunda resultat, ad objectionem propositam responsio, quam hic ob perspicuitatem adscribere noluimus, satius habentes importunum illud *Hippolithi* in sequentibus verbis effatum falsitatis arguere; quando aliquando Protonotarium qui ab Imperatore præsentatus erat, ab Ordinibus rejectum inque ejus locum alium substitutum fuisse asserit. Neque enim illud ipsum per *allegatam Ordinat. Camer. d, anno* 1507, *in fin.* probari poterit, verba quippe ejus ibidem ita habent;

hent Darauff die Stände geantwortet/das sie an Störcken Persohn auß Ursachen/so sie darzu bewogen Beschwerung trugen / bitten darumb K. M. das Gericht mit jhm nicht besetzen zulassen/und wo K. M. keinen andern an Störcken-Statt/weiß vorzuschlagen so zeigen sie an, *Joh. Rudolphen &c.* Nimirum volebat Imperator quendam officio huic protonotariatus destinare, cujus persona indolesque Statibus Imperii suspecta erat, ideoque Orabant Imperatorem, ut alium ejus loco substitueret, & proinde male omnino *Hippolith.* Imperium quoddam Statibus inde posse ascribi putat, quasi Imperator jure astrictus fuisset, eorum voluntatem sectari, quia si hoc verum, tunc non opus fuisset, precibus ab ils Imperatori supplicatis, sed potuissent verbis imperativis remissam Imperatori demandere, & præcise ut *Joh. Rudolphus* substitueretur jubere, adeoq, uti ipsius Imperatoris intererat judicium hoc suspectis personis minimè repleri, ita mera fuit ipsius voluntas, quo Statibus imperii gratificari possimodum voluit, eo ipso quod alium in locum remoti substitueret Protonotarium. Nihil denique efficit quinta in contrarium allegata ratio, quia respondemus, & illam Visitatorum potestatem quanta quanta sit, ad Imperatorem referendam esse, cujus etiam nomine omnia agunt, quæ ratione officii ipsius peragendi incumbunt. Cui etiam juramentum præstare tenentur. *O. C. part. 3 tit 55* § Und sollen der Käyserlichen Majestät. Valet enim & hic supra adducta regula, quod cum Status imperii in se nullam jurisdictionem habuerint, eam, uti Cameræ, ita nec hic ejus Visitatoribus concedere potuerint *Confer. C. A. P. d. S. R. R. vol. 2 dissert. 2. l. 7 lit. D.* accedente etiam illo, quod etsi Visitatores rem probe consideraverint, & quâ ratione minus munitam Augustissimo judicio optimè succurri possit, statuerint, illa tamen consultatio effectum suum non sortiatur, nisi approbatio & confirmatio accesserit Imperatoris, *R. I. d. anno 1654* §. Wie nicht Wir dan. Ceu etiam Cæsarei altas Commissarii huic Visitationi intersunt, sine quibus nihil etiam fieri potest. *Ordin. C. p. 1 tit. 15.* Unde mirer illum, quid in mentem venerit, *insigni Germaniæ quondam ornamento, Paulo Matth. Wehner quandoque observat. Cameral. verb. Cammergericht p 71 & 72.* Visitatores in corrigenda, visitande, & reformanda Cameræ majorem ipso Imperatore obtinere potestatem;

rem; ut enim primò non dicamus Visitatorum illam potestatem independentem non esse, sed subalternam, certè vel ex unico illo, quod eorum potestas maximam partem circa solam tantum Cameræ reformationem, vel ejus defectus versetur, sicque perpetua non sit, Imperatoris verò potestas, ratione universalis & supremæ jurisdictionis illimitatam perpetuamque habeat summitatis indolem, effatum illud damnari meretur. Visitatorum autem horum officium eum aliud generale, quod in corrigenda, & emendanda Camera, ejusque Ordinationibus, aliud Speciale, quod in revidendis actis ad instantiam ejus qui se gravatum sententia Dominorum Cameralium esse conqueritur consistit, ita ut eam, vel reprobare vel confirmare ulterius valeant, *vid. post C. J. P. d. St. R.R. alleg. loc. Matt. Steph. d. jurisd. l. 2. p. 1. c. 5. membr. 1. n. 67. 68. & seq.* Visitatorum autem in genere jurisdictio unicè Imperatori secundum antedicta tribuenda sit, ex ipso & responsio pullulat ad quintum illud ab Hippolitho in contrarium allegatum argumentum. Nimirum & Revisionem ipsam ejusque judices tantummodò Cæsaris majestati adscribendos esse. Cum etiam, nulla alia de ratione Imperatoris Commissarii semper intervenire soleant *O. C. p. 3. tit. 53.* ubi observamus obiter, quod etsi alias per *annd. O. C. p. 3. tit. 53. in prin. & vers.* wo aber Revisio duobus mensibus ante Calend. Maji. Moguntino Electori in scriptis denunciari debebat eo fine, ut eam Imperatori, & ejus anni Visitatoribus significaret, & revisioni actorum consiliarios mittendos peteret, vel si à dicta latæ sententiæ non integri duo menses, usq. ad Calendas Majas supetabât, in sequentē annū rejiceretur illud tamen novissimè per *R. J. d. an. 1654.* correctū esse *§.* In fallen da die appellationes Ita ut hodie intra quatuor menses à die latæ sententiæ, apud Electorem Moguntinum Revisio petenda, Cameræ insinuanda, gravamina necnon & summatio modo enarranda, aut proximus terminus pro illorum exhibitione postulandus, & juramentum revisorium, tam à parte quàm ab Advocato simul præstandum veniat. Atque illud ipsum quidem in tantam extensum est, ut si unum ex his inira dictos quatuor menses omittatur, Revisio ipso jure nulla esse debeat. Quod vero *Hippolithus alleg. loc.* in remedio Revisionis & Syndicatus idem jus statuit, etsi aliàs magna inter utrumq. versetur differentia,

 quum

quæ videri datur apud *Matth. Stephan. de jurisdict. alleg. loc. n. 26. & mult. seq.* Id hactenus quidem ratione cognitionis verum est, at non ratione ipsius animadversionis in ipsos Assessores dolo malo judicantes, utpote quæ soli Imperatori reservata est, & propterea etiam non immerito inter ejus reservata referri potest *O. C. p. 3. tit. 53* §. Ob sich aber *Paurmeister de jurisdict. lib. 2. c. 4. num. 121. p. 590. & post eum Rumelin. ad A. B p. 2 diss. 1 § 17 p. m. 2* Ex. ut proinde cum *Dn. Schütz. in prælect. juris public. allegat. loc.* sit dicendum secundum rerum veritatem, ea quæ oneris, & laborum plena sunt, Statibus in Revisione & Syndicatu communia esse, ea vero quæ majestatem arguunt solius tantummodò Imperatoris. Quo etiam referri debet, quod actus iste executionis secundus, sive mandatum illud exequendi ministeriorum, quæ rex sextum construebat *Hippolithi* argumentum, Cancellis Imperii, atque illud quidem propriis eorum sumptibus perficiendum demandari soleat, *O. C part. 3. tit. 49.* §. Nemblich in diesen/nam de cetero actum illum primum executionis, sine quo ad secundum pervenire non potest, & in sententia potissimum pœnam declarante consistit, Imperatoris esse non vero Statuum sufficientissime probat. *O. C* Zu Costenz *d. anno* 1507. §. 7 nach dem bisher *ubi* darumb mit Rahtund Bewilligung der Stände. Et licet hodie etiam quando pœna Banni decerni debet, ex verbori, & in *Colleg. I. P. V. 1 diss 4 § 17*, approbata sententia etiam Camera, instar Imperatoris consensum Electorum, frustra in contrarium pugnante *Domino Limn. in Comm ad Capitulat. Ferdin. III art* 30. non verò universorum Ordinum uti hanc quoque colligere licet esse *Hippolithi* ipsis sententiam alibi tamen refutandam, adhibere teneatur; quia tamen uti sæpius dictum consensus iste non minuit Imperatoris potestatem, sed publos, ut eò justior exercita videatur efficit, In [illegible] idem hic circa executionem ejus robur esse, non majus omnino existimari debet. Et hoc quidem, quod Circulorum Præfectis executio demandatur quoad immediatos contumaces procedit, nam si mediatus contra quem executio imploratur, Domino territorii ea mandari solet *d. O. C p. 3 tit 48* §. Und so der verlustige Theil, qui etiam nisi urgentes recusandi habeat rationes, eam perficere [illegible] pœnam subire velit, tenetur, referente *Klock tom. 2. Consil. 99.* Quod ultimum

stimum respondemus distinguendo inter privationem jurisdictionis directò & indirectò sic contingentem. Quoad hanc *Hippolithi* sententia falsissima evadit, qua enim privilegia, de non appellando, de non evocando Statuum subditos ad aliud tribunal referenda essent, quæ tamen constat ex plenitudine potestatis concessa, & si quæ antiquitus jam concessa fuerunt confirmari, uti in sequentibus pagellis latius declarabimus. Quoad illam vera quidem est *Hippolithi* sententia, at causam quam assignat omnino rejicimus & inde eum Sophistam hic, fallaciam causæ committendo, agere intrepide asserimus, neq; enim Imperator propterea jurisdictionem Cameræ adimere nequit, quod ab ipso ea non processerit, sed quod ipse libertimo consensu, libertima voluntate, se nihil contra judicium hoc, ejusque legibus Imperii constitutum Ordinem, quicquam citra Ordinem consensum facturum vel decreturum esse promiserit, uti id quidem à gloriosissimo nunc regnante *Ferdin. III. artic. 40. Capitulat. suæ* præstitum accepimus *hisce verbis*, Wir wollen auch in dieser Zusag der gülden Bull / *&c.* wie auch der in *anno* 1555. uffgerichteten Cammergerichts beneben deß Reichs *Executions* Ordnung / und andern Gesetzen so jetzo gemacht / oder künfftiglich durch uns mit ihrer der Churfürsten und Fürsten auch anderer Stände deß Reichs Rohtt möchten auffgerichtet werden / zuwider keine *rescript* oder Mandat / oder ichts anders beschwerlichs außgehen lassen oder zugeschehen gestatten in einige Weiß oder Weg / *&c.* Atque id quidem in tantum ut si nihilominus per sub & obreptionem tale quid emissum, illud ipso jure nullum & invalidum judicari debeat, *vid. art. subseq. ejusd. Capitulat. Ferdin. III. cui adde Capitulat. Divi Ferdin. IV. artic. 28. & 29.*

§. XXXVI.

1. Asseritur Imperatorem concurrentem cum Camera jurisdictionem habere.
2. Probatur ea sententia variis argumentis.
3. Damnatur glossema quibusdam contrarium sentientium.
4. Exceptiones quæ illius judicio Imperiali ... obstare ... [illegible]

... tium procedendi oppugnaverunt.

5. Hippolitho a lapide sententia rejicitur. Statuuntur olim in judices Aulæ processus qui instituti fuerunt, per ... tariam subjectionem ubi jam ... tium incede suppositos fuisse.
6. Respondetur ad præsumptum illud Hippolitho à lapide ex R. I. de anno 1555. [illegible]

fundamentum, probatur, porrò propositâ sententia.
7. Respondetur ad aliud iterum Hippolithi à lapide fundamentum.
8. Probatur processus in judicio Aulico, non per prorogationem jurisdictionis ventilatos fuisse.
9. Rejicitur sententia, quae impossibile esse dicit ut Imperator cum Camera concurrat.
10. Aula Regia Madritia, nonobstante quod quamvis alia in Regno Hispaniae sint summa tribunalia de omnibus causis judicat.
11. In Dicto quoque Officiali per Constitutionem des Hoffgerichts [illegible] dictio non adempta est Cancellar.
12. Camera judicium quatenus [illegible] de summum dicatur.
13. Explicatur Sensus O. C. part. 1. tit. 25.
14. Respondetur ad ultimum negantium argumentum.
15. Hocho Aulici Imperii jurisdictionem [illegible] Controversiam vocare valle Studiis a judicium praeberet.
16. Camera non quoad Omnes [illegible] causis cum Imperatori concurrit.

Everò hoc pacto Imperatori soli deferendam esse Augustissimi Cameralis judicii jurisdictionem: facillimo nunc resolvi poterit negotio, altera illa quaestio, *an nimirum Imperator concurrenter cum Camera, habeat jurisdictionem, vel an jurisdictio Camerae cumulativè, an verò abdicativè concessa fuerit*, Nimirum prius membrum absque ullo timore asserendum esse, ita ut inter Imperatorem ejusque Judicium Aulicum den Reichs-Hoffrath / & Cameram Imperialem praeventioni locus, partibusq; litigantibus integrum sit, quocunque vellat judicio jus suum persequi *vid. C.J.P. d. S. R R a legatum l. 2. disp. 1. 7. lit B* Ut enim non dicamus militare pro nostra sententia communem propemodum DD. Opinionem, quorum catalogum videre licet apud *Paurmeister lib 2. d. jurisdict. c 6 num. 9. & seq.* certe ea (1) evidentissimè probatur ex supra nostro allato principio, quod jura majestatis dividi non possint, ad quae utique uti supra dictum pertineat jurisdictio *Aristotel 4. politic. 14.* (in cujus enim vel Domini Respondentis, vel Typothetae in *C.J.P. d. S R R allegat. loc.* allegatum fuit *c. 13 lib. 3*, [illegible] duodecim saltem sub se capita comprehendat) at verò [illegible] jurisdictionem Camerae privativè concessisset Imperator, [illegible] earum divisio. Facit (2) quod uti supra diximus Imperator habeat fundatam jurisdictionem, quoad omnia majestatis jura, regi propriè sic dicto in regno competentia., jam vero nullibi in Capitulatione ipsi adempta legitur jurisdictio, quin potius ad [illegible] vinculo se qui obligatur vid. *Capitulat. Rudolphi*

Capit. Ferd.III. art. 2. & proinde merum glaucoma est, quod ad hanc rationem per instantiam respondet *Autor. tr.* Ob der Käyserliche Hoff-Raht mit unnd neben dem Käyserlichen Cammergericht zu Speyer concurrentem jurisdictionem, in allen und jeden Sachen ohn Unterscheid habe, *apud Londorp. lib 1. Actor. public p.* 20. quod ubi solummodo, etiamsi concurrentia, illa jurisdictioni negetur, ipsa Camerae jurisdictio Imperatoris manet, & hoc tantum voluisse Electores in adstringendo Imperatorem ad administrationem justitiae, ut similem in administratione justitiae, Caesarea jurisdictio conveniente modo per Cameram exerceatur; ut enim prius illud extra controversiam est, sic eam ante a contentione Camerae suam jurisdictionem mandasse, ut ea amplius uti per se, vel aliam non possit, eam à se plane abdicasse, & amisisse intelligi argum l. 3 §. *Nerva d. acquirenda possess*, postea tamen illud frivolum est, & meram in se continet divinationem. Quin imò cum generalis sit obligatio, & exceptiones, quae tempore jam Rudolphi judicem Imperatoris Aulico propter quod mice hanc controversiam ventilari cuivis notum est, objecta, non tam ipsum judicium, quam personas judicantes, & fundum procedendi oppugnent. *Vid. Limnaeo annotam. ad Capitulationem Matth. artic.* 41. Inde etiam generaliter interpretanda, & non ad unicum illud quamvis Augustissimum Camerae tribunal, tota Caesarea restringi debet jurisdictio, idque tantò magis, quod hodie disertissimis verbis promittere soleant Imperatores, se judicium illud Imperii Aulicum ita constituturos fore, damit männiglich schleunige Unpartheische Justicia administriret werden möge *Capitulat. Ferdin. II. artic.* 39 *Ferdin. III. artic.* 43 quamvis tamen jam ante, quoque ex Litere ex *Transact. Passaviens. d. anno* 1555. §. Demnach soll die Erledigung fortissimum desumi possit testimonium. Ceu etiam posterioribus temporibus, in tantum lites, non obstante quod in Camera etiam decidi potuissent, ad Aulicum judicium delatae excreverunt, ut de nimia earum frequentia conqueri necessum habuerit Imperator, in *Resolutione ad Electores super reformatione Consil. Aulici, de anno* 1637 quae extat apud *Limn. in addition. ad lib.* 9. *J.P. C.* 4. At hoc vel per spontaneam partium subjectionem, vel per prorogationem jurisdictionis facta esse asserit *Hippol à lap. part.* 1. *c.* 10 *sect.* 7. *p.* 257. & Contrarium utramque; mali, & quibus priorum vel ex ipso *Hippol. alleg. sect.* [illegible]

falla-

falsitatis argui poterit, Dum enim affert testimonia eorum, ut Electoris Palatini, per liter ad Cæsar. d. dat. Heydelbergi 7. April. an. 16.. in caus. Deß Stiffs Bruchsell Contra Oberheimb & Rhorbach &
5. Unitorum Principum in liter. ad Cæsar. Rudolph in puncto gravamin. d. dato Schwäbischen Hall an. 1609. qui jurisdictionem Cæsaream in Aulico ejus judicio, & propterea etiam sententias ibi decisas, tanquam ex defectu jurisdictionis invalidas reprehendebant, quilibet cognoscere potest, eos negotia, eas causas, & lites, non per modum amicæ compositionis Cæsari decidendas, transmissas fuisse. Et vero quia omnes lites illas, quarum meminit Paurm. d. jurisd. lib. 2. c. 6. n. 124. ad 140 inclusivè per hanc saltem viam Cæsari oblatas fuisse, &
6. proinde etiam alius, ut sic sensus Recess. Imper. d. an. 1512. § Zum dritten noch dem täglich p. 105. quem alias hanc in rem alleg. loc. torquet Hoppel. necessum erit, eum etiam ex ipsis alium sensum continere, uti verba §. adocere poterunt, zum dritten nach dem täglich der Parteyen Händel / unnd Sachen auß dem Reich an Unserm Käyserlichen Hoff: wachsen die man zu zeit mit Freundschafften / und guten Willen in der erst wohl ableinen / und Richten auch ausserhalb deß Cammergerichts / so die Parteyen etwan selbst deß Verzugs und Kostens halben scheuen vertragen möcht. Scilicet duorum ibidem judiciorum facit mentionem Imperator Aulæ nimirum, & Cameræ, Conquerit urq; quod nimia frequentia litium illud oneretur, quæ tamen prius amicabiliter transigi possint, ita ut hoc obtento (quæ interpretatio ex verbis ipsis resultat) non opus sit partibus côtroverrentib⁹ vel contradictoriis, in Aula, vel etiam Cameræ, ob nimios forsitan sumptus, vel etiam longas dilationes, stare judicio. Et proinde etiam mandat Octo Imperii Consiliariis, ut & ii, cum Imperator ipse officio hoc defungi ob varia bella, quibus irretitus, & devinctus, minimè posset primo partes ad amicabilem compositionem componerent; ita tamen ut si postmodum uni vel alteri parti periculose videatur & noxia, ipsi integrum sit jus suum legitimo modo, contradictorio judicio persequi. quod verba illa in fin. istius §. adjecta doch sol keine Porten dardurch / wieder jhren Willen / in gefärliche Handlung von jhren Rechten gedrungen oder davon verhindert oder auffgehalten werden / significare volunt, & proinde supervacanus videri [illegible] queunt ; nam ad amicabilem iterum transactionem

caferet

inferri non posse, vel unica illa particula **doch** indicare potest, quæ cum sit *adversativa, necessum erit, & aliam priori, aliam posteriori enunciationi inesse interpretationem. Quippe quod ante etiam jam illum recessum conditum, Cameræ Imperiali jam in flore consistente, processus in Aulâ judiciales pertractati fuerint, vel illud ipsum Rescri- 5.
ptum Maximiliani *d. anno 1505. in causa Capitul. Trevirens. contra Comit. de Virnburg*, quod adducit ibidem post *Paurmeister. d. jurisdict. lib. 2. c. 6. nu. 122. Hippolith. a Lapid. ex Anton. Bonbellon, de Godentiu in pragmatic. constitut. d. pac. religion part. 2. c. 35* in quo disertè mandatum Capitulo Trevirensi legitur, ut causam in Aula Pontificis injustè pendentē, vel ad suos vel ad suos & Imperii simul Cameræ Judices remitteret, atq; ibi jus, & justitiā sibi administrari patiatur, verba ejusdē rescripti ita habent, **Wir geben euch zu vernehmen / daß wir Prodst / Dechant und Capittel des Thumb-Stiffts zu Trier gebeten haben** (quod verbum notâ esse, potest egregimillus Maximiliani Imperatoris Civilitatis) **die Rechtfertigung / damit sie den Edlen / Unsern und des Reichs lieben Getrewen Pfaltzgrafen zu Viernburg zu Rom fürgenommen/abzustellen/und sich gebührliches Rechtens vor Unsern NB oder Unsern/und des Heiligen Reichs Cammer-Richtern / als seinem ordentlichen Gericht begnügen lassen.** Putat quidem *Hyppolith.* particulam istam, **oder**/non hic per modum disjunctionis vel alternationis, sed correctionis interpretandam esse, subauditâ voculâ potius **vielmehr/** quo etiam respexisse videtur Autor, **des gründlichen Unterrichts/ob der Käyserliche Reichs-Hof-Raht** 2c. quando præcisè hic Imperatorem causam ad Cameram remisisse scribit. Ceterùm uti ultime huic 7.
verba hæc scribenti quid in mentem venerit non injustè miratur *Syring d. Pac. religion. d. 54.* ita certe, & *Hyppolithi* opinio eadem facilitate qua adstruitur rejici potest. Quinimò manemus nos, in propriâ & naturali istius voculæ significatione ac proprietate usque dum contrarium sufficienti ratione nobis probetur, cum etiam aliás verba semper intelligenda sint, quatenus propria eorum significatio patitur. *Cardinal Mantic. d. conjectur. ultim. voluntat lib. 8. tit. 18. n. 35. Mar. Giurb. ad consuetudin. Messan. c. 5. Gloss 6. n. 4 & c. 1. gl. 5 n. 2. Melch. Phab. tom. 1. Lusitan. decis. 87. n. 14.* Quæ etiam voculæ **oder** proprietas non infringitur, quod postmodum Imperator unius tantum judicii in singulari

X numero

numero mentionem faciat, cum tamen si duplex numerus intelligi voluisset, non dixisset an seinem ordentlichen Gericht/ sed in plurali numero, an seinen ordentlichen Gerichten sich begnügen lassen. Nam ut rectè respondet Dominus Sixtinus, hic frustra quis ex literis vel diplomatibus orthographiam aucupatur, uti vel ex ipso Imperatoris Maximiliani rescripto animadvertere liceat, dum passim sequentes ultimæ literæ, F. N. & en omissæ legantur, ut proinde etiam non inanis sit divinatio, plurali etiam numero verbum illud Gericht intelligendum esse, præcipuè quod in rescripto legatur als seinen/ non verò etiam prius ejus positione perperam allegaverat Hippolithus seinem ordentlichen Gericht. Et concesso tandem absque veritatis præjudicio, numerum hic singularem adesse, nihil tamen Hippolithus consequeretur, quippe quod infrequens non sit, ut in constructione rei singulari proximè appositæ, singularis numerus tribuatur, ita tamen ut vi interpositæ conjunctionis remotiori denegari minimè possit. Quin etiam ea interpretatio fieri potest, ut quia Electio datur Capitulo Trevirensi quocunque velit, horum judiciorum loco, jus suum persequi, & verò unum tantum eligere possit, inde etiam ratione postmodum subsequentis electionis, rectius illud judicium quod Electum fuit singulari numero, tanquam Ordinarium nominari mereatur. Non etiam per

8. prorogationem jurisdictionis causæ illæ ad judicium omnes perlatæ, quia sibi nulla remansit, aut ab initio nulla fuit [illegible] ctio, ut vidimus paulò ante docuerat Hippolithus, certè ne illa prorogari potuit, uti manifestè in terminis docet Magnific. Dominus Tuberus in Anal. & ad Andream Barbos. lib. 14. c. 50. axiom. 2. Quid quod jurisdictio etiam aliàs minimè propriè & accuratè apud summum Principem prorogari dicatur, cum ille universalem, & supremam quoad omnia possideat jurisdictionem. Quam etiam tempore Maximilian. II. in Aula Imperiali præter Cameram usurpatam fuisse, ulterius nobis fidem facere potest responsum ejus, ad universorum Ordinum Augustanam fidem, qui sequuntur, libellum supplicem ipsi Ratisbonæ 29 Januarii anno 1576. quo non tantùm injuriæ & gravamina communia, sed singularium etiam quorundam Ordinum, Joachimi Comitis Ortenburgici, Guilielmi Bergensis Ordinis Equestris Bisfeldensis, & Civitatum Wormatiensis & Geisensis querimoniæ continentur, oblatum, quando

respon-

respondeat; *Quantum ad communiae, si audita parte altera, quod justitiae & aequitati conveniens sit statuemus. Quantum ad singulorum querelas mandassem Senatus, vel Consilio Aulico, ut rerum exceptiones in Cancellaria, item produda ab utrisque communicentur, reliquorum altera in querela introducantur, & ut juxta relationem ad eos respondeant injunctum esse.* Et proinde etiam quia 9.
jurisdictio in Aula Imperatoris semper adhuc dum fundata fuit, animosum evadit, perperam asseri à supra *allegat. Autor.* Ob der Käyserliche Hoff &c. daß zwischen der Käyserlichen Majestät / und dem Käyserlichen Cammer-Gericht / könne per rerum naturam, keine Concurrentia Jurisdictionis statt haben / es were dann / daß Ihre Majestät mit ihr selbst concurriren wolte / Sintemahl die Jurisdictio; die in Camera administriret wird / eben der Käyserlichen Majestät Jurisdiction sey und bleibet. Quandoquidem concurrentia illa non ita crude accipienda est, sed ita ut quemadmodum Imperator Jurisdictionem per Cameram, ita eam etiam adhuc exercere posse, per judicium Aulicum. Quod ipsum adeo absurdum non esse, vel aliorum etiam Regnorum, Principatuum etiam sub Imperio nostro degentium exemplo probare in procinctu est. Ita enim in Hispania, etsi ejusmodi quatuor sint justitiae summa tribunalia, unum in Urbe Pincia Valladolit appellant, alterum in *Granata*, apud Callecos, tertium, 10.
& ultimum denique in Navarra. Aula tamen Regia, Madriti, facultatem non amisit in toto Regno cognoscendi judicandique de omnibus causis, criminalibus & civilibus, *ut ex Lasso Marm. Sicul. de reb. Hispan. l. 4. ad Pontificib. & Magn. Mb Hispaniae, in Cur. regim.* refert *Paurmeister. d. Jurisd. libr. 2 c. 6 p. m. 711.* Ita etiam in Patria nostra Frisia Orientali, si parva licet rebus componere magnis, etsi eminentissimum sit, decidendis controversiis litibusque constitutum Dicasterium, quod 11.
vulgo *Aulae judicium*, das Hoffgericht appellatur, ipsi tamen Serenissimi Principis Domini mei Clementissimi Senatui der Cantzley / eo ipso jurisdictio illa haut adempta censetur, sed liberum est litigantibus, quocunque velint judicio jura sua allegare atque ut sibi propter illa, justitia administretur, implorare. Neque obstat quod Camera dicatur, summum Imperii judicium, das oberste und letzte Gericht / O. C. *part. 1. tit. in pr. Recess. Imper. d. anno 1654.* § den allgemeinen Friedens-Tractaten / summum autem, vel ultimum [illegible], quod aequale vel superius ha-

X 2

tius habeat. Quia consequens illud summum verum est, in subjecto in-dependente & per se summo, quale est Majestas in Republ. & V. C. Imperator in Romano Imperio, non verò in subjecto dependente, quod nimirum ab ipsa Majestate constitutum, quale est Camera Imperialis. Et licet eo elogio, ut summum habere debeat, ornatum sit, il-
12. la tamen summitas non comparativè, ad immensam illam Imperatoris summitatem, sed respectu aliorum judiciorum inferiorum, quorum querelæ, ad Cameram per viam appellationis deferuntur explicanda venit, arg. O. C. p. 2. tit. 29. Ceu etiam summitas hujus judicii disertissimis verbis, ad hoc quod ab ejus sententiis appellari non debeat, restringi videtur in allegat O. C. p. 1. tit. ibi. das oberste und letzte Gericht im Reich/ davon/ laut dieser Ordnung/ nicht appelliret werden soll. Syring. d. pac. religios. allg. loc. n. 5. Licet itaque Camera hactenus sit summum judicium non tamen superior, sed inferior est ipso Imperatore, cum uti vel ex decisione ipsorum Dominorum Cameral. extante apud Gylmann. rerum judicatarum libr. 2. decis. 54. n. 40. Camera utatur Jurisdictione communicabili, Imperator verò tanquam fons & origo omnis Jurisdictionis non tantum communicabili, sed etiam reservata. Non offi-
13. cit tertiò R. I. d. anno 1541. § Und was antrifft Ordin. Cam. part. 2. tit. 33. daß dem Cammer-Gericht sein stracker/ uti in rubro vel uti in nigro sein freyer/ starcker/ unverhinderter Lauff gelassen werden soll/ jam dudum enim responsum est, hisce non contineri universalem abdicationem suæ Majestatis, quoad omnes causas tam pendentes, quam ad illud devolvendas, sed solummodò verba hæc verificari posse, quoad causas ad Cameræ Judicium semel devolutas, ut illas Imperator amplius avocare non debeat. C. J. P. d. S. R. R. vol. 1. disput. 2. lit. B. Paurmeister. d. jurisdict. libr. 2. c. 6. n. 207. & sequentib. Quod ipsum quoque omnes isti actus, quibus Cameræ Jurisdictio inibi impediri censetur, per se cuivis declarare poterunt, quid enim Restitutio, quid supplicatio, quid avocatio, aut alia similis generis suspensio, efficeret, nisi jam in Camera lis pendens esset; Quod enim in Camera nundum in cudis jus dicentium suppositum est, illud neque ibidem per vulgare jura extendi, vel suspendi possibile est, ceu etiam novissimè earum saltem Divus Ferdinandus IV. in Capitulat. sua te Cameræ Imperiali nullum occasurum fore præjudicium Electoribus promisisse legitur artic. 45. ibi. Die auß

Kay-

Käyserlichen Cammer-Gericht zu Speyer aber anhängig gemachet und noch in ohnerörterten Rechten schwebende Sachen von dar ab und an unsern Reichs-Hoff-Raht nicht avociret/ic. & ipse etiã ultimorum Ratisbonæ celebratorum comitiorum *Recess. d. anno* 1654. §. Damit aber auch Unsern hunc in sensum *d. O.C. p.* 2. *tit.* 35. explicare voluit, ubi mit nochmahliger Wiederholung und Bestellung desjenigen/was in der Cammer-Gerichts-Ordnung *p.* 2. *tit.* 35 versehen/daß nemlich der Justitiæ und denen am Käyserlichen Cammer-Gericht anhängenden Processen/ und dahin gehörigen/ ihr freyer ungesperter/ starcker lauff gelassen werden solle/ic. Non officit denique quod licet mens Cæsaris fuisset, ut generaliter ejus Aula, cum Camera in Jurisdictione concurreret, inepte toties id exprimeretur in causa fractæ Pacis. O.C. *p.* 2. *tit.* 9 § So jemand/ *ejusd.* §. *vers.* So bald der. § Und ob es sich schon zutrüge. *O.C. p.* 2. *tit.* 20. *in pr. tit.* 11. *in prin. tit.* 13. *in fin.* 14. *in fin. tit.* 18 *in princ.* Cùm exceptio firmet regulam in contrarium. Quippe respondemus axioma illud tantas pati limitationes, quas vid. apud *Barbosan loc. commun. lib.* 5. *c.* 23. *edit. Argentorat axiom.* 24. præcipuè quando alia interpretatio dari potest, quæ hic manifesta adest, cum concursus iste judicio Aulico ex suâ naturâ jam, ut nimirum Imperatoriæ Majestatis insit, & propterea etiam speciali enumeratione reliquarum causarum, ut casuum jure communi inclusorum, opus non fuerit. Quod autem specialiter fractæ pacis mentio fiat, id proinde ad exclusionem illarum causarum minimè interpretari debet, sed potius quia materia subjecta alterius casus determinationem non desiderabat. Poterat enim dubitari non quidem de ipso Imperatore, quam potius Camera, an nimirum & hac de causa fractæ pacis cognoscere possit, utpote quod cognitio ipsa reo tandem, si quis convincatur, pœnam banni infligere soleat, quæ tamen inflictio cum simmamè Majestatica, Imò tunc temporis adhuc maneòret reservata, etiam secundum nostram definitionem, Imperatoris referenda, talia autem jura generali concessione, vel potiùs eorum exercitium non transferatur *Petr. Anton. d. Petr. in tract. d. jur. quæsit. non tollen. c.* 9. *in fin.* Inde etiam mirum videri debet, quod specialiter fractæ pacis judicium Imperator Cameræ concedere voluerit. Sicque quoad illud non tàm Imperator, vel ejus judicium Aulicum concurrat cum Ca- 14.

mera, quam Cameræ cum ipso Imperatore. Quanquam etiam de ipsum ratione omnium causarum rectissimè pronunciari potest, quippe quod Judicium Cameræ non limitandæ aut auferendæ, sed potius adjuvandæ Jurisdictionis Cæsareæ, in Aulâ alias tantummodò administrari solitæ constitutum sit, uti ex antecedentibus constat, & posteriora & præsentia tempora de ea dubitare amplius non conf-

15 iunt, ut adeò amplius necessum non videatur multa de eo præter necessitatem disputare, præcipuè quod Imperatores in Capitulationibus suis semper promittere soleant, se ut omnia etiam quoad personas in Camera, rectè ibidem peragantur curaturos, quod modus procedendi idem qui in Camera observari debeat, *Pacific. Osnabrug. artic. 5. §. 20.* quodque tandem ultimo pax elogio in *novissimo Imperii Recess.* Tribunalium justitiæ erogata repertaque elogio conjunguntur, quæ Was den Chur-Fürsten und Ständen. & §. Nach dem nun auch in dem Frieden-Schluss, Cum desiderata illa etiam hactenus judicii Imperialis Aulici Ordinationis renovatio eodem anno 1654. promulgata Statibusque Imperii in Comitiis Communicata sit. Qui tamen nihilominus plura desiderat adire possunt, *C. I. P. d. St. R. R. vol. 2. diss. 2. l. 7. lib. 8. Paermeister. de Jurisdict. & Syring. d. Pac. Relig. allig. loc. Johann. Ernest. Zorn. apud Arum. vol. 2. discurs. Academ. 7. d. 28. Hag. p. 2. q. 9.* & alii ab his citati. Nobis enim alia vocant, & quidem præcipuè ea quæ propriè reservatam Imperatoriæ Majestatis Jurisdictionem manifestant, in quibus nimirum Cameræ, vel etiam aliis in Imperio Romano-Germanico approbatorum judiciorum potestas judicandi sine

16. Imandatis silere cogitur. Licet O. C. p. 2. tit. 27. diserte legatur, daß alle Persohnen und Sachen / die der Käyserlichen Jurisdiction ohne Mittel unterworffen und durch sondere Auszug dieser Ordnung / oder anderer Privilegien, Freyheiten / rechtmässige und rechtmässige Gewohnheiten / nicht außgenommen sind / an dem Käyserlichen Cammer-Gericht vorgenommen und gerechtfertiget werden sollen / multa tamen adhuc sunt causæ de quibus nec Camera, nec Austregæ, sed solus cognoscere tantummodò solet Imperator.

§. XXXVII.

§. XXXVII.

1. *Cognitio Delictorum ab immediatis Imperii Civibus Commissorum est de Reservatis Imperatoris.*
2. *Mutuatum illud jus esse asseritur ab antiquis Romanorum temporibus.*
3. *Explicatur proposita assertio distinguenda inter locum debilis.*
4. *Proponitur Frideric. epistola eam cognitionem pro confiscatione personarum vel ad Cameram vel ad Austregas pertinere.*
5. *Austregarum descriptio... ordinariis assignatur, probatur ipsis eam cognoscendi facultatem non competere.*
6. *Respondetur ad sequentia Fridericum Vitimirationem,*
7. *Probatur proposita assertio plenius.*
8. *Probatur nec Camera eam cognitionem competere.*
9. *Respondetur Ordine, ad contrarium fundamenta Frideri argumenta.*
10. *Argumentum negativo ab uno vel altero specie ad totum genus formari non deducitur.*
11. *Explicatur O.C. p. 2. tit. 5.*

INTER illas autem primo loco referri debet, cognitio in delictis ab immediatis Imperii Romano-Germanici civibus commissis, ut sunt Principes, Comites, & Barones, qui in misrum comprehensi, insuper immediata nobilitate Imperatori immediatè subsunt. Delicta quid sint, & quomodo dividantur abunde ex jure privato desumi potest, sufficiat hic nobis dixisse ejusmodi delicta intelligi, quæ pœnam corporis afflictivam importare solent, vel uti Camer. Ordinat. p. 2. tit. 28. loquitur, So Leibsstraffe auff sich tragen. *Anger. Rulant d. Commiss. p. 1. lib. 2. c. 3. lit. F.* Atq; se huc nunc pertinet antiqua illa Friderici II. de anno 1236. Constitutio, daß wo es an eines Fürsten Leib oder Ehren gehe / das wolle oder solle der Käyser selber richten / auff die Weise / wie es in dem Heiligen Reich von uhr alten Zeiten herkommen. Atque hoc ipsum reservatum ab antiquis quoque jam Romanorum temporibus mutuatum quodammodo recte dicimus, utpote qui etiam ipsi cognitionem delictorum ab Illustribus viris Commissorum reservare solebant, ut manifestum evadit *ex l. fin. C. ubi senator. vel Clariss.* ubi tamen notamus, illud ipsum prout sicut non de omnibus, sed tantum eorum illustrium delictis intelligendum esse, quæ ad destitutionem, vel proscriptionem 2.

vel urbicariæ amplissimæ ledis, eam dignitatem adepti erant, non quod [illegible] illis, qui sine ejusmodi ad ministratione honoraris saltem eadem illis amplitudine, & prærogativa Illustrium decorabantur, nisi aliquid commiserant, necesse habebant, pati judicium, vel præfecti Prætorio, vel præfecti Urbi, vel etiam jussu Principis Magistri officiorum, & Præsidis, ita ut pœnam ipsi non [illegible], sed ejus determinationem ab Imperatore expectarent *d. Lucasbique in analysi Pacius*, qui elegantissima adhuc ibidem recenset. Quo autem de Reservati hujus natura eo melius constet, dispescimus locum delicti, vel eum committitur delictum ab immediato, in proprio territorio, vel in alieno. Posteriori casu inter Reservata Imperatoris non ita accuratè referri videtur, quippe quod

3\. tum etiam Dominus loci, ut Ordinarius etiam de jure communi Judex delicti cognitionem arripere, & delinquenti quoque si ibi reperiatur, pœnam infligere possit, *l. 1. C. ubi d. Crim. agi oportet. l. 1. C. ubi Senator vel Clariss. l. 3. ff. de offic. Præsid. l. ult. d. noxal. act. l. 7. §. pen. & l. ult. ff. de accusat. leg. 3. ff. de re militar. in princ. & Nov. 69. c. 1.* Et ne quis dicat, leges illas (quamvis ineptissimè) applicari huc minimè posse, is consideret, quæsumus verba *R. I.* zu Regenspurg *de anno* 1594. §. Ebener Massen / ubi certe si non explicitè, implicitè tamen etiam idem de immediatis Statuitur. Da sich aber ein solcher Fall begebe / wann nur ein einige Person / sonderlich / die ohne Mittel dem Reich unterworffen / auff freyer Landstrassen / einen andern bößlich erschiessen / oder dergleichen Mißhandlung thäte / wiewohl nun in Zweifel stehen können / ob dieselbige Person durch die Ordentliche des Orts / da die That geschehen / oder die unmittelbare Obrigkeit zu straffen / welches Orts der Beschädigte seine Klage anbringen möge. So setzen / ordnen und wollen Wir doch / daß in diesen Fällen / damit Unserm Käyserlichen Cammer Gericht mit demselbigen nicht über-häuffet / der Beschädigte bey der ordentlichen Obrigkeit umb Recht ansuchen soll. Posteriori casu optimè Reservatæ Imperatoris Jurisdictionis particula dicitur cum eo in casu nemo alius nisi Imperator cognoscere queat, *C. I. P. d. S. R. R. vol. 2. disp. 7. thes. 6. lit. B. Rulant. de Commissar. alleg. loc. num. 6.*

Hinc

Huic tamen indistinctè contradicit *Petr. Frider. in tract. d. Process. c. 9. p. 36.* ubi causas criminales, quantum ad visam simplicis querelæ,
unà cum reliquis causis civilibus, communem Cameræ ordinarium sequi asserere non veretur, ita quidem ut si inter eos quæstio 4
criminalis versatur, qui Austregarum privilegio gaudent, juxta illorum rationem negotium omne decidi oporteat, cessante verò eo
Cameræ Imperialis fundata haberi debeat jurisdictio. Ceterum uti nova hæc fuit opinio, ita certè planè erronea. Atq; primò quidem,
ut eò melius appareat Austregis eam potestatem tribui non posse, prænotamus *Austregas ea judicia esse, in quibus certorum civium immediatorum res controversa in prima instantia examinantur, & decidiuntur.* Indignum enim visum fuit Imperatoribus, ut hi minori 5
defensionis jure, quam mediati & ipsorum subditi uterentur, opposte quibus licitum est, si sa superioris territorii Domini sententia gravatos existiment, vel Aulam Cæsaream vel Cameram Imperialem
adire, ibiq; de injuria sibi illata per remedium appellationis conqueri. Quo faciunt verba *Caroli V. 6. die Jul. anno 1540. Norinbergæ* desuper concessa *ibi* damit sie nemblich zum wenigsten zwo *instantien*,
und jhnen die Guthat und Hülff gleich so wohl als den jenigen/so dem Reich nicht ohn Mittel unterworffen vorbehalten und unbenommen
bleibt *&c.* Proinde etiam necessarium esse existimavit eum universo Imperio, utejusmodi Austregas lege aliquâ & constitutione Imperii introducere, vel si jam quasdam inter se ex longâ consuetudine vel etiam Privilegio Cæsareo habebant, vel imposterum consequerentur confirmare *O. C. p. 2. tit. 2.* Ordnung deß Cammergerichts
zu Wormbs *tit.* Wie Churfürsten Fürsten und Fürstmässige. *Item*
Wie Prælaten Grafen Freyherren und andere ein ander zu Rechte fordern mögen *p. 24. & 25.* Unde etiam deinde Doctoribus ansa fuit
Austregas distinguendi in legales & non legales, de qua re *Confer. C. I. P. d. St. R. R. vol. 2. disp. 3. th. 3.* Quandoquidem igitur unica ratio,
harum Austregarum fuit, tribuere Statibus immediatis jus quoq; duarum instantiarum, oportet utiq; præsupponere ejusmodi primam instantiam, de qua ad Cameram appellari possit; jam verò constat causas criminales non involvere duas instantias, sed unam tantum qua etiam finiri debeat *R. J. de anno 1530. §. Item als etliche jetz*

hero p. 231. & per consequens etiam nec Austregæ in priori instantia causarum criminalium discussionem sibi attingere poterunt. Et proinde etiam *Hummius* qui *Frideru͞m disp. ad process. judiciar. direct. 4 th. 30. n. 51.* manifestum committit elenchum falsæ interpretationis, quando ait, dum in *Ordinat. C. p. 2. tit. 2. §* Darauff sol der Beschrieben ab Austregis concedatur appellatio ad Cameram, in iis nimirum uti ille suspicatur causis, quibus alias *O Cameræ* appellationem concedit, id certissimo argumento esse, Austregas etiam de iis judicare causas, quæ non sunt appellabiles, atq; inter eas vel præcipuas esse causas criminales. Quippe in genere, primo & simpliciter *in dict. tit. 2.* actum fuit, de judicio illo Principum singulari, & in genere etiam de omnibus causis, quæ ibi tractari posse dicuntur conceditur appellatio, doch sol keiner Partey die *appellation* für das Käyserliche Cammergericht benommen oder abgestrickt sein nach laut deß Artickels von dē appellationen &c. ut propterea etiā necessario generalis, si ita dici meretur, concessio illa judicii, quæ Austregis competit interpretanda sit, quo ultimum appellationis refugium læsæ parti salvum manere queat, & proinde etiam ut nulla sit secundum antedicta Austregarum ejusmodi delictorum cognitio oportet. Et

7\. juvatur hæc assertio nostra ex ipsa rubrica *dict. tit. 2. O. C p. 2.* quæ loquitur Von Personen und Sachen so dem Reich ohn Mittel unterworffen und in erster Instantz an daß Cammergericht nicht gehörig. Inde enim rectissimè suspicari licet in secunda instantia Cameræ jurisdictionem fundatam esse. Quia igitur titulus ille agit de iis personis & rebus, quæ in prima instantia Cameræ jurisdictioni non subsunt, & per alteram illam in tribunali judicari possunt, in Camera vero appellationes rerum criminalium prohibitæ, non potest non sequi, totum illud Austregarum judicium destitui potestate dijudicandi causas criminales *Confer C. I. P. d. St R R. dict. disp. 1 13 lit D Reink. d. R S & Ecclesiastic lib. 2. cl. 2. c. 26 n. 24.* Atq; ita prius jam Fridericus assertionis membrum, subsistere minimè posse indubitatum est.

8\. alterum itaque restat, anne & Camera de ejusmodi delictis cognitionem habere queat. Nos iterum Negativæ subscribimus idque 1. quod nulla lege Imperiali ad Cameram causæ meri Imperii, sive criminales pœnam corporis afflictivam concernentes, ullo tempore translatæ

translatæ fuerint, probat quoque *Besold in tr. posthum. J. P. part. 2 c. 2. p. m. 178* nihil enim in Ordinationibus Cameræ de Carcere, aut tortura, nihil de pœnarum suppliciorumque irrogandi generibus, præcipitur, quòd tamen necessariò fieri debuisset, si Imperator cum Consilio totius Imperii Cameram constituens, eatenus per jurisdictionem suam criminalem & maxime Reservatam, ob Illustrium & immediatè Imperio qui subsunt Nobilium Virorum commissorum delictorum animadversionem concedere voluisset, *Rutger Ruland. d. commissar. lib. 2. c. 3. p. 59.* quin imò contrarium potius exinde eliditur, cum enim speciales quidam casus excipiantur quibus in universum in criminalibus causis fundata esse debeat Cameræ jurisdictio, nota accusatione criminum à personis Cameralibus commissorum *O C part. 2. tit. 50.* querela nullitatis super criminali intentata *O. C part. 2. tit. 28* § Item auch dem crimine fractæ pacis *O. C. part. 2. tit. 9.* & perduellionis *O C. part. 2. tit. 20.* §. Weiter ob sich certè exceptiones istæ regulam contrariam arguere nemo negare poterit per ea quæ tradit *Augustin. Barbos. lib 5. axiom. c. 23 axiom. 24.* Atque proinde non opus fuisset irrisione Friderl, quâ Gallium Practicorum verè Principem *lib. 1 observat. 1 n 27.* generaliter asserentem 9.
causas criminales capitales, neque per viam simplicis querelæ, neq; per appellationem, extra casum intentatæ nullitatis, de quo etiam paulo ante diximus in Cameta recipi affirmat, illudit, quippe quod hæc non Solius Gallii, sed communis fere omnium qui de Camera scripserunt sententia sit vid. *Mynsing. centur. 4. observat 41 ibiq; in additionibus Arnold. d. Reyger. Wurmbser lib. 1. tit 24 observat. 18 n fin. Matth. Coler 1 decis. 46 n. 47 fol. 600. Schwanman observat. Cameral. 35. 46. p 49. & 50 & Observat 175. num. 34. & novissimè Referens apud Klock in votis Camer. relat. 125. n. 55. p. 803.* accedente etiam illo, quod primarium ipsius argumentum, & propterea etiam primo ab ipso loco adductum, elegantissimè in ipsum retorquere liceat. Quod si enim nec per appellationem, ejusmodi causarum criminalium cognitio, Cameræ tribui poterit, certè nec tale quid operabitur prima instantia, utpote quæ its privilegiata non est quam altera, quæ per appellationis processum instituitur, & propterea etiam non immerito præsidium innocentium & thyriacum contra venena judicium,

nominari solet. *Ruland. d. commissar. alleg. loc. Confer Magnific. Dn. Tabern analect. ad Augustin. Barbos. lib. 1. c. 73. axiom. 2.* Non obstat denique alterum Friderl argumentum, quod aliàs si Comites, Baro-
10. nes, Nobiles immediati sub Imperio, ab Inferiorum Ordinum hominibus super causa criminali in Camera accusari non possent, impunitum istis in hos latrociuando, occidendo, vel similes criminales actus exercendo evaderet, neq; enim firmum deducitur argumentum negativè, ab una vel altera specie, ad totum genus, sic enim non sequitur Austregæ vel Cameræ Imperialis non cognoscunt de criminibus istis. Ergò nec alius in toto Imperio, quia adhuc Imperatoris subsidium vel etiam compromissum allegari posset. Cæterum quia ultimum hoc in causâ criminali fieri prohibitum *l. 32. § 6 ff. d. recept. qui arbitr. recep.* neque es ullibi abrogata legitur, inde adhuc vim juris tenere dicendum *l. 27 ff. d. testam.* & per consequens solius cognitio, ut nostra est sententia horum delictorum erit Imperatoris, utpote cujus officium principaliter est seminare tranquillitatem, malos afficere pœnis, bonosq; præmiis dinare. *C. J. P. d. St. R. R. vol. 2. dict. disp. 3 § 33. lit. C. in fin. & eod. vol. dict. disp. 7. § 6. lit. E.* Atque hinc non rectè allegatur §. Wurde aber eines Fürsten *Reform.* guter Policey *d. anno* 1530. p. 242. ibi So auch ein Fürst Graff/ Herr oder *Communen* dieselben ihren Ambtleuten oder Unterthanen auch nicht straffen / aber die Lästerung selbst thun würden / sol gegen den oder denselben unser Käyserlicher *Fiscal* umb ihr ungehorsamb als Verhänger oder selbst Thäter derselben Gottes Lästerung wie sich gebühret *procediren*, so aber die Obrigkeit obgemelte Gottes Lästerung zustraffen nicht vermöcht / alsdan / sol sie solches Unsern Käyserlichen *Fiscal* bey Zehen marck Goldes anzeigen / wieder denselben sol Unser *Fiscal* wie sich gebürt ernstlich *Procediren* / und so solche obgemelte Gottes-Lästerung durch jemands was Standes der were hohes oder niedern / der darumb zu gemelter gebührender Leib oder Todtes Straf nicht bracht werden möcht / derselbe so er des mit Rechte überwunden / soll darumb Ehrloß sein / und von männiglichen darfür gehalten der dan auch darauff als Ehrloß mag gescholten werden / und dennoch nichts destoweniger wo es beschehen kan Peinlich wie obstehet am Leben oder Gliedern nachgestalt seiner Verwürckung gestraffet werden /

Confer

Confer. Ordinat. Polit. d. anno 1577. tit. Von Gottes Lästerungen §. 755 § Würde aber eines Churfürsten Neque obstat O. C. p. 2. tit. 7. Wie von Fürstenthumb, Graffschaften &c. im Reche gehandelt sol werden, ubi tantum Ducatuum & comitatuum feudi titulo ab impe- rio dependentium, causas sibi Imperator præservasse videatur. Quia verba ibidem secundum subjectam materiam intelligi debent, at in antecedente de causis civilibus verba fecerat, & proinde exceptio hæc ratione causarum civilium tantum subaudienda erit, nullo modo verò ad omnes omnino & criminales etiam causas referenda, Confer Rulant d. Commissar. d. loc. & post eum Arnold. d. Reyg in addit ad Mynsing. observ. 41. cent. 4. quibus adde Vultej ad L. 1. C. ubi caus. fiscal n. 20. & ad L. unic. C. ubi Senator vel Clariss. n. 48. ubi in fine expressè asserit, cum iterum casum esse quo Camera Imperialis concurrentem cum Imperatore Iurisdictionem non habeat. Reinking. d. R. S. & Eccl. lib. 1. cl. 5 c. 6. n. 205 & sequentibus. 11.

§. XXXVIII.

1. Cognitio de feudis regalibus est de Reservatis Imperatoris.
2. De feudis non regalibus licet immediate Imperatori subjectis concurrit Camera jurisdictio.
3. Respondetur ad primum negantium, & insuper de necessitate judicium Parium requirentium fundamentum.
4. Imperatores olim etiam certi uti nunc Consiliarios non haberent, illius Provincia Principes eo quos advehant, consulere solebant, ita tamen ut consiliis ipsorum de jure, nisi vellent tenerentur.
5. Responsio secunda ad primum negantium fundamentum, in quo mirum quam in modum sibi blanditur Limnæus.
6. Conjunctiva interdum pro disjunctiva & vice versa accipiuntur
7. Probatur contra Limnæum non necessum fuisse ut præsumptum illud Principum jus per subsequentem Cameræ Ordinat. abrogaretur
8. Ville camen esse judicatur si Imperatore in hisce negotiis alios Imperii Ordines in Consortium Consiliorum ...
9. Hodie quoad processum judiciorum liberum est Imperatori in causis magistratus aliorum Principum sententias & vota exquirere, unde etiam respondetur ad aliam Limnæi Objectionem.
10. Singularis quadam asseritur quoad hancce feudorum dijudicationem Aulæ Imperialis solicitudo.
11. Præsupponitur jam ex Limnæi & aliorum sententia, jus illud Principum Ratihibitionis, interea tamen eodem per Ordinat. Camer contra eundem Limnæum derogatum esse evincitur.
12. Negatur contra eundem Limnæum Reservationem in Ordin. Cameræ, respectu Cameræ saltem contigisse.
13. Defenditur assertio Cameræ de quo modo.

modo feudis cognoscere nequeat, Reges vero Pares Curiæ.

34 Probatur denique ex longa & per tantum & plures annos in Imperio durata observantia, cujusmodi controversias solum tantum Imperatoris cognitioni suppositas fuisse.

ALTERUM Reservatæ strictissimè ita dictæ Imperatoriæ Majestatis jurisdictionis objectum, consistit in feudis regalibus, quæ seu, ut infrà fusiùs explicabitur, si Secularia olim per vexillum, hodie verò per ensem, si Ecclesiastica per sceptrum concedi, unde & nobis Germanis Fahnlehn Scepter Lehn indigitari solent. vid. Magnificum. quond. Academ. huius Cancellar. Gottofred Anton disp. feudal 1 & 6. lit. D. & Besold. in thesaur. pract. voc Fahnlehn Schrad de feud parte 2 c. 6 n. 6. vid D. C. p. 2 lit 7 p. 515. ob auch Sachen vorfielen/ Fürstenthumb Hertzogthumb/ Graffschafften &c. belangend so vom Reich zu Lehen rühren/so einem theil gäntzlich und endlich abgesprochen werden sollen derselben Erkändnuß/wollen wir der Käiserlichen Mayestet oder ihrer Liebten und Käiserlicher Mayestet abwesens/ uns als Römischen König/hierinnen daß sonsten in anderen sachen dieser Ordnung unabbrüchlich/ vorbehalten haben/nach dieselben aus dem Reich Teutscher nation nicht ziehen confer. R. A. de anno 1521 sub tit. Römischer Königlicher Majestät : § ob auch sachen p. 122. Atq; hæc quidem cognitio non competit tantummodo Imperatori quatenus immediato feudi Domino, & ob meram feudalitatem, sed quia horum Ducatuum comitatuumq; & similium causæ, spectant ad salutem pariter & periculum Reipublicæ, quibus ut probè prospiciatur, nemo magis tenetur quam Imperatoria Majestas Reinkong. d. R. S. & Eccles lib. 1 cl. 4. c. 29. n. 85. 87. & 94. Quoad cetera enim feuda non regalia, immediatè licet Imperatori Imperioque subjecta concurrit jurisdictio Cameræ, & uti alias in civilibus causis ita & hic præventio locum habet, Gail lib. 1 observ. 29. Hartman Hartman. Pract. observ. lib. 2. tit. 5. 4. observ. 42. ubi quoque refert in causa Bredenrath. contra Michael. Gillers 6. septemb. anno 1551. in causa der Welschen contra Nassau 10. August. 1541. in caus. Schönberg contra Wolff Haller 15. Novemb. 1566 Processus hoc fundamento Dominos Camerales decrevisse Conf Caspar Koch d regal dignitat. c. 5. § 248. Manifestæ tamen huic opinioni, legibusq; fundamentalibus sat comprobatæ sunt

annos

annos aliquos apposuit ie *Autor* deß kurtzen und begründeten Bedenckens über die Frage/ob der Römische Käyser in deß Heyligen Reichs Sachen allein Richten könne/ easq; causas non solius Cæsaris judicio, sed insuper etiam Patrum Imperii Principum dijudicandas reliquit, quem deinde maximopere secutus *Dn. Limn. lib 1 J. P. c 9. num 32. & sequent.* & hos ambos, *communis propemodum singularum Compilator Hippolithus à lapide d. rat stat p. 1, cap 10 sect. 2. & sequent.* Unde enatum decantatum illud toties jus Principum, deß Fürsten recht und mit Teutschen Fürsten besetzt. Verum ut de jure isto in legibus nostris fundamentalibus, Aurea Bulla & Recessibus Imperii altum ubique silentium, neque ulla de eo extat conscripta litera, ita & celebrinum illud esse non nostram dicimus, quam aliorum id sententiam jam olim sententiam veritatis amore sectari cogimur, idque eo lubentiùs quando contrariorum tela & argumenta non adeò magno labore à nobis depellere queamus. Quod enim, 41
testimonium Imperatoris Sigismundi, qui literis ad Concilium Basiliense perscriptis aperte dicitur declarâsse, controversiam inter Henricum Lauenburgicum, & Henricum Saxoniæ Ducem, Electoratus Saxonici causa spirantem, malè ad Concilium delatum ejusque cognitionem & determinationem more Imperii, ad suum & Patrum curiæ judicium remittendum, quod denique exempla quæ ex Henrici & Friderici Imperatorum historia, huic rei commodè adduntur attinet, respondemus in genere, si ea vim probationis sustinere debeant, necessariò primùm probandum esse rem aliter se habere non potuisse, vel Sigismundum vel ceteros Imperatores jure & ex necessitate, consilia Principum desiderâsse, 42.
constat quidem illud ex rerum Germanicarum historiis, Imperatores nostros, cum certos tanto numero prout hodie Consiliarios non habebant, illas Provinciæ Principes in qua commorabantur vel etiam alios ex illis, qui magnâ frequentiâ plerumque Aulam Imperialem sequebantur, convocasse, & de controversia sibi oblata eorum sententias audivisse, ita tamen ut nullo modo majoritati votorum obstrictus, rem deinde sola autoritate Cæsarea decidere potuerit *Lehman lib. 2. Chronic. Spirens. cap. 42. part. 176, Besold. in*

17 Possid.

tractat. posth. jur. publ. p. 2. cap. 2. p 165. Manifesta indicia, eam rem ad juris necessitatem redigi non posse, quasi nimirum jure quodam suo Principes isti in partem deliberationis venerint, cum etiam quod non adeò imbecille pro nostra sententia argumentum suppeditat, illi ipsi Principes, quos Fridericus & Henricus Imperatores consuluerunt testium tantummodo, non verò judicum nomine veniunt in ipsis sententiarum formulis, quæ videri possunt apud *Londorp. tom. 2. A. P. lib. 1. p. 14. & 15* Neque certe etiam specialiter respondendum, ex rescripto illo Sigismundi non aliud probatur, ad quod tantopere declamat *Dominus Limn allegat loc. num. 64.*

5\. Quod enim ibidem Imperator dicit feudalem illam contentionem, secundum juris communis dispositionem, nec non usum stylum & consuetudinem Sacri Imperii Romani ad Curiæ suæ & Parium examen pertinere, illud utique secundum eandem communem juris dispositionem & quidem feudalis explicandum venit, quo satis constitutum esse constat, quod lites inter Vasallos de beneficio regali curiæ coram rege vel Imperatore & non Paribus curiæ decidi debeant *c. unic. 1. F. 18. c. unic. 34 c. unic. §. praeterea inter 2. F. 55* & per consequens etiam male Lauenburgicus causam illam suam contra Fridericum Saxoniæ Ducem coram Concilio Basiliensi dirimendam censebat, quæ unica etiam ratio fuit Imperatori Sigismundo, literas ut Concilio transmitteret. Quod si verò nihilominus *Dn. Limn.* placuerit urgere interpositam illam particulam, conjungendi efficacia pollentem Et, respondemus ipsi ex mente ipsius Sigismundi secundum communem scilicet ad quam ibidem provocat juris dispositionem, controversiarum ejusmodi cognitionem pertinere ad solum tantùm modò Imperatorem, si nimirum inter ipsos Principes, Comites vel Barones agitentur, & pertinere etiam insuper ad Pares curiæ, si nimirum ipsius Imperatoris intervertere utilitas, uti *præter vulgatos alios juris feudalis textus* qui videri possunt apud *lucidissimum illud Germaniæ juridicæ sidus Herman. Vultej. lib. 2. F. cap. 2. num. 23. & sequ.* egregiè probat *textus in cap. 1. §. sententia quoque vers. et si qua controversia Specul. Saxonic. lib. 1 cap. 22 §. 2* Krieget der König mit jemand umb Guth oder umb andere Dinge / daß des Reichs ist

da sollen

... schreiben die Fürsten unnd Graffen / Freyen und ... Reichs Dienstman; cui addi merentur *Magnific. quond. hujus Academ. Cancell. Domin. Gothofr. Anton in disp. feudal. 14. ... 2 lit. A.* *Daniel Otto de jur. public. c. 11 p. 200. Mynsing. centur. 4 observat.* ... & per consequens etiam voculam illam hic non conjunctivæ sed disjunctivæ indole præditam esse, Confer. *Magnific. Domin. ... Cancellar. Schütz in disput. inaugural. de vocar. §. 14.* Neque enim illud infrequens *Domino Lamnao* videri potest, cum in ipso etiam jure Civili ... conjunctiva pro disjunctivis, & disjunctivæ pro conjunctis aliquando accipiantur *l. 53 ff. d. V. S. ibique in commentar. Domin. Gedd.* Imo neque ipsis Philosophis inauditum quemadmodum vel unica illa Aristotelis Naturæ definitio educere potest, quando eam esse statuit *principium motus & quietis*. Quæ nostra interpretatio ex mente etiam ipsius Lauenburgici, quod propter contentionem illam Concilio Basiliensi pertractari noluit, elegantissime juvari potest, utpote quæ non alia erat, quam quod diceret Cæsarem Sigismundum denegâsse sibi justitiam, vel ut verba ipsius habent, in feo suo denegaverit, seu ministrare neglexerit, quippe quod alias etiam de Patribus & non tantummodò de solo Imperatore conqueri debuisset, ceu etiam propter ... ipsa Imperator hancce imprimis suæ autoritati derogare ... insuper honorificentiæ, & decere, uti verba literam ejus ... rescripto habent de dato *anno 1434. die 28. mens. Jul.* censuit suam solertiam quædam Imperii subjuta servare, imo juxta possibilitatem suæ facultatis adaugere, prout ex debito sacramenti erat obstrictus. Quod etiam aliter rectè facere conspici non poterat, nisi causas ad examen Imperatoris Culminis (*non Parium*) pertinentes sub sua (*non Parium*) jurisdictione conservare velit. Et per consequens etiam non necessum fuit, secùs ac vult *Dn. Lamn. ibid. n. 65 ut subsequens* quæ etiam pro nobis allegata fuit *Ordinatio Cameræ p. 2. tit. 7.* hoc Principum jus expressè vel tacitè abrogaret, cum quod non est nec abrogari possit, nec etiam abrogatione opus habeat, sufficit enim hoc, per illam Imperatori cognitionem illam integram adhuc tantummodò reservatam, imo denuo confirmatam esse, In tantum ut nec Camera Imperialis, quæ etsi alias ... secundum

Z superius

superius dicto, cum ipsi habeat jurisdictionem, arrogare sibi hanc de feudis regalibus judicandi facultatem valeat *Leupold, d. concurrente jurisdict. q 5.* Planè illud ambabus largimur manibus, Imperatori magis consultum, & rem non indignam Sua Majestate fore, si ad exemplum etiam posteriorum Imperatorum Proceres Imperii in
8. negotiis tanti momenti, in consortium consilii recipiat, prout etiam aliquando facitatem colligere licet ex *Autor.* der nothwendigen Erinnerung *contr. Informator Donawertens. p. 1 p. 176.* ubi inquit: nicht weniger weiß man das in wichtigen Irrungen zwischen Churfürsten und Stände so grosser *consequentz* die Römische Käyser vorhero und nach folgerzeit als in der Chur-Pfältzischen *Tutel*, Güllischer *Succession* und Mühlheimischen Bauwe Chur und Fürsten / welchen Käyser *Maximilian* auff ein Zeit für seine höchste Räthe gehalten / billich löblich und Recht zu gebrauchen / mit denen handelen und den Außschlag geben. Verum etiam ad id necessitate teneri Imperatorem, ut in antea quoq. diximus, de quo controvertitur, & quod nobis negatum fuit, idque tantò magis, quòd & adhuc hodie Imperatori per *Pacific. Osnabrugens. art. 5 §. 20 vers. Quod processum judiciarium* liberum, non verò necessarium sit, in causis majoribus & unde tumultus in Imperio timeri possent, quales certe hæ de feudis regalibus
9. cognitiones, insuper etiam quorundam utriusque religionis Electorum, & Principum sententias & vota exquirere. Et proinde etiam malè hic allegatur in contrarium à *Dn. Limn. Capitulat. Ferdinand. II. art 35.* daß er in wichtigen Sachen so das Reich betreffen bald anfangs der Churfürsten Rahe und Bedencken sich gebrauchen wolle, non obstante etiam eo, quod & postmodum *Ferdinandus III. art 42.* Imo post *factam jam Osnabrugensis Pacis compositionem Dijum Ferdinand. IV. ast. iisdem verbis artic. Capitul. sua 40.* repromittens coactus fortè in wichtigen Sachen / so das Reich betreffen und von hohen *præjuditz* und weiten außsehen bald anfangs der Churfürsten auch nach gelegenheit der sachen Fürsten und Ständen Rahts und Bedenckens uns gebrauchen / und ohn dieselbe hierin nicht vornehmen / quia ista promissio non tàm ad ipsarum graviorum, & arduarum causarum cognitionem, quam potius ad sententiæ in Aulico judicio latæ executionem, sive appellatio licet, secundum debet referri, hu-

utrum pars condemnata illud quod sibi, autoritate Cæsarea injunctum, præstare detrectet, ita ut pœna banni decernenda veniat, quo casu per se constat Electorum consensum necessarium esse *vid. capit. Divi Ferd. IV Capit. art.* 28. Quamvis etiam aliis in ipsa etiam Aula 120
Imperatoris singularem hac in re animadvertere queamus sollicitudinem, dum in ejusmodi causis, Consilium Aulicum plenum neq; tantum ad causæ conclusionem progreditur, & si politicæ occurrant considerationes, eam cum voto alteri illi & Secretiori, uti dici convenit, Consilio dem geheimen Rahe dijudicandam, ratione utilitatis Imperii & ne inde seditiones in Imperio, vel etiam alia incommoda contingant, relinquit. Quæ si timeantur, non raro etiam ipsa sententiæ conceptæ pronunciatio, in commodius tempus suspendi solet, id factum esse testatur *in causa* Braunschweig *contra* Braunschweig das Fürstenthumb Grubenhagen betreffend item *in causa* Baden contra Baden *Magnific. Dn. Reink. d. R. S. & Eccl. l. 1. cl. 4. c. 19. n.* 53. Quod si tamen nec hisce contentus esse *Dn. Limn.* voluerit, dicamus jam absque veritatis tamen præjudicio, jus illud Principum dicto rescripto Sigismundino & adductis reliquis *Dn. Limn.* exemplis, aliquomodo stabiliri, interim tamen per *dictam O. C. p. 2. tit.* 7. ut posteriorem constitutionem ipsi derogatum esse *arg. fin ff. d. constit. Princip. l. sed & ff. d. L. L.* Negare quidem id voluit *Dn.* 121
Limn. cit. loc. n 65. dilemmatico more procedens, neque enim expresse ipsi derogatum esse, cum verba desint expressam abrogationem inducentia, neque tacite cum Imperator saltem sibi cognitionem feudorũ regalium sibi reservaverit, respectu Cameræ, non vero Parium Curiæ. Ceterum utrumque male. Quantum ad primum respondemus non necessum esse, ad statuendam expressam alicujus juris abrogationem, ut in posteriore constitutione expresse abrogatoriis verbis ipsius fiat mentio, sufficit enim priori juri contrarium jus è diametro sancitum fuisse. Neque hoc mirum videri potest *Dn. Limn.* utpote qui ipse *eodem loc. n* 56. textus illos juris feudalis, quos supra pro nostra sententia adduximus abrogatos esse dicit per *R. I.* Zu Nürnberg (putaremus legendum Nördlingen *vid. Londorp. tom. 2. Actor. public. lib. 1. p.* 21.) *de anno* 1466 das alle Lehen seyen ober, oder unter Lehen berechtet werden sollen vor den Lehen

Herren und seinen Mannen darvon sie zu Lehn rühren / cum tamen ibi nec in illo expressè textuum illorum mentio fiat, quare nunc ergò in simili dicere nobis non liceret, etiam juri illi Principum dem alten Fürsten-Recht / per O.C. derogatum esse. Ad Alterum respondemus negando ibi saltem reservationem contingere respectu Cameræ, & non etiam quoad Pares Curiæ, est etenim illa solutio mere divinatoria, & ipsi vocabulo reservationis contraria, cujus ea natura est, ut reservantis solummodo jus incolume, et illæsum constituat, alios autem quoscunque inde expellat, docente *Paurmeister lib. 1. d. jurisdict. c. 4. n. 139. & ex eo Johan Ernest Zorn apud Arum vol. 2. discurs. Academ. 7. § 25 n. 1. in fin.* ut jam non dicamus inanem etiam alteram exceptionem ibidem contigisse, respectu Regis Romanorum, quod nimirum & iste in casu absentiæ Imperatoris, de hisce feudis cognoscere queat, licet enim privativa ibidem nunc esse velit *Dn. Limn. Ad Cæsarem cognitio spectat, Ergo non ad Status*: illa tamen sententia tolerari nequit. Licet enim privativa non sint respectu [illegible] gentium vel voluntatis Imperatoriæ, ita ut Sua Majestas Pares curiæ adhibere queat, si ipsi lubitum fuerit, privativa tamen sunt, respectu juris [illegible] [illegible], ut vel iterum limitatio istius juris quoad Rege Romanorum [illegible] vocere poterit. Neque etiam obstat, quod de Parium in *d. O. C.* jure nihil agatur, indeque ipsi per ipsam derogatum esse nequeat. Respondemus etenim, cum in quantum cogitationes Imperatoris & Statuum Imperii extensæ fuerint, Verbotenus non constet, [illegible] esse quod unico tantummodo Imperatori, & in hujus absentia [illegible] Romanorum, cognitio horum feudorum reservata fuerit, [illegible] [illegible] nec concurrens cum Cæsare Cameræ jurisdictio eam [illegible] [illegible] queat, quæ proinde [illegible] jurisdictionis concurrentia, cum [illegible] Pares curiæ verificari non possit, tanto minus dubitari debet [illegible] [illegible] nostræ sententiæ, quod scilicet nec Pares curiæ insuper [illegible] cessitate adhib[illegible] [illegible] Imperator. Et quamvis c[illegible] [illegible] [illegible] ibidem esse velit *n. 60. Dn. Limn.* quod magna possit reddi diversitatis ratio, quæ quidem inde peti debeat, quod de Principis dignitate statuere nemo, nisi dignitate pares, possint cognoscere, juxta testimonium Alberti Marchionis Brandenburgensis, quod [illegible] apud *Londorp. allegat. [illegible] p. 19.* illud ipsum tamen [illegible]

suffra-

supra à nobis *allegatam Frederici II. constitutionem* refutari poterit, quam etiam postmodum Albertus Imperator comprobavit, eamq; apud *Goldast p.* 2. der Reichs-Satzungen *fol.* 27. *constit.* 13. una saltem vocula additâ reperir, wo ohne über Fürsten und andere hohe Leute we es an jhr Leib / an jhr Ehre oder Recht oder an jhr Erbe oder Lehn gehet / wan dieses alles wollen Wir selber Richten. Imò ex ipsius Alberti Marchionis Brandenburgensis querela refellitur, quam publicè quondam *anno* 1522. scripto, declaravit, quod causæ Ducatuum & Comitatuum ad judicium Camerale trahebentur, cum tamen id ejus potestate non esset, Principes facere aut tollere, uti ex *Sleidan lib.* 24. refert *Hoeg p.* 1. *q.* 9. *n.* 50. *& post eum supra laudatus Zorn. d. l.* 25. *n.* 91. hæc enim ratio cum æque militet contrà Patriam, quam Cameræ in hisce causis cognitionem, idem jus, præsertim cum nullâ aliud lege introductum, statuendum esse, ut speramus *Dn. Limn.* nominibus, seu etiam ipsum Electorem Saxoniæ uti & Duces reliquos Saxonicos in Causa Juliacensi hoc consequentia usos fuisse apertè legendum in der außführlichen *Deduction*, deß Chur- und Fürstlichen Hauses Sachsen/ob dem verledigten Fürstenthumb Gülich / *ubi* Es erinnern sich auch Ihre Chur- und Fürstliche Gn. Gn. bedachtig das demnach der Römischen Käyserlichen Majestät / wan über Fürstenthumb und dergleichen Reichs Lehn Streit und Spaltungen vorfallen / das die erkandnis nicht allein vermöge der beschriebenen Lehn Rechten / ohn zweifflich gebühre und zustehe / sondern auch derselben mit einhelligen Schluß aller Stände des Reichs in der Cammergerichts Ordnung und sonsten *reserviret* und vorbehalten werden / so gar das obsonsten die Käyserl. Majestät und Camera hinwieder cum Cæsare in anderen fällen concurriret gleichwol dieses ein casus reservatus bleibet darinnen Cameræ rectius aber Partibus curiæ die cognitio gantz abgestricket / welche der Käyserl Majestät zu entziehen / Ihr Chur- und Fürstl. Gn. Gn. Pflicht Standes und Gewissens halber nicht wol verantwortlich. Accedat denique ipsa notoria imperii, per centum & plures annos conservata observantia, quæ ejusmodi controversiæ 14.
solo tantum foro Cæsareo ventilatæ fuerunt. Ita enim *ipsa Causa Juliacensis*, post habitis irrevelantibus ejusmodi exceptionibus, contrariâq; Electoris Brandeburgici, Ducisq; Neuburgici contradictione in Aula Cæsarea recepta, ibiq; in hunc usq; diem agitatur. Ita

 etiam

etiam jam ante Maximilianus I. Imperator, in *causa Alberti & Wolfgangi fratrum, Ducum Bavariæ ab una parte, & Ruperti Comitis Palatini, ejusq; successorum ab altera parte*, ut judex Ordinarius ab ipsis litigantibus agnitus fuit sequentibus verbis Unsern allergnädigsten Herren/als Römischen König unsern rechten Herrn und ordentlichen Richtern zu endlichen Austrag und Endschied gestelt *&c.* illeq; remdecisione judiciali confirmavit, cujus tenorem vide apud *Goldast.* Reichs-Handl *fol.* 45. abr dieweil unter ihnen *&c.* Irrung und Spennen begeben / haben wir die für uns als Römischen König erfodert verhöret/und mit Fleiß unterstanden die güetlich hinzulegen und zuvertragen/und als die gütlichkeit nicht statt haben wolt/ darinals ordentlicher Richter Tage angesetzet/und Urtheil und recht gesprochen. Similiter Carolus V. *celeberrimam illam controversiam inter Serenissimos Hassiæ Principes, & Nassavios* solus, nullis adhibitis Paribus curiæ determinavit referente *Magnific. Dn. Cancell.* Schütz *in diss. de j. Vicar. Imp* th. 14. lo fin. at proinde etiam ibidem recte reprehendit eos, qui illud quoq; præjudicium pro contraria sententia urgere solent, inde quod postmodum interventu intercessioneq; Electorum & reliquorum Principum, sententia retractata, & ad secundam revisionis revocata fuerit, illud ipsum enim, si ipsis proprio jure licuisset, frustrà specialiter id ab Imperatore impetrassent. Pariter quoque Imperatorem Matthiam in *causa Laneburgens. contra* Braunschweig/das Fürstenthumb Grubenhagen betreffend Divum Ferd. II. *in causa* Baden *contra* Baden 25. *August. an.* 1622. *item in causa* Hessen *Contra* Hessen die Marpurgische *Successian* betreffend *in comitiis Ratisbonensibus de an.* 1623. *die* 1 *April.* definitivam protulisse sententiam testatur *Magn Dn. Reink. d. l. S & E allég. loc. n.* 29, Ita enim novissime, gloriosissimus Imperator *Ferdin. III. nuper fatali mortis necessitate non fine maximo universæ Germaniæ incommodo & dolore ereptus, solus controversias quarationo juris primogenituræ & aliarum ingentium prætensionum* inter potentissimum Hassiæ Landgravium Darmbstattiensem & Hombergensem lineam, ut etiam inter Cassellanam & ejus domus Agnatos, & Fridericum piæ memoriæ Landgravios denuò pullulaverunt, partem solus judiciali sententia, partim etiam per Commissarios suos & industriam Reverendissimi nunc Moguntiæ sedentis Archiepiscopi & Electoris Johannis Philippi definivit,

dissolvit, uti liquet *ex Recessu ultimorum habito de an. 1654.* Fidemnach auch in dem zu Osnabrug und Münster *&c.* Nolemus quamvis possimus plura hujus rei adducere præjudicia, & res judicatas, utpote quod hæc sufficientissime præsertim si juxta ante dicta expendantur veritatem nostræ sententiæ declarare valeant, addi tamen possunt *traditæ Coll. J. Publ. d. S. R. R. vol. 2. diss. 1. & 4. lit A. Carpz. ad L. R. c. 5. § sect. 12. n. 29. & seq. Anton. Coler. in sect. d. jur. Imper. Germ. sect. 23.*

§. XXXIX.

1. *Adducitur fundamentum negantium Imperatorem etiam judicem cognoscere in possessorio de ejusmodi feudo regali.*
2. *Approbatur affirmativa sententia & alterius probatur.*
3. *De possessione & proprietate apud unum eundemq. Judicem disceptari debet.*
4. *Respondetur ad instantiam negativa sententia patrocinantium, usq. petitionem Principi committere asseritur.*
5. *Verbum illud endlich etiam ad sententiam in possessorio Judicio latam refertur potest.*
6. *Approbatur sententia affirmantium etiam Imperatorem de parte hujusmodi feudi regalis Judicem esse.*
7. *Respondetur ad fundamenta negantium & præjudicium pro affirmativa asseritur.*

Duo tamen adhuc examines circa hanc materiam, ut executiantur necessarium nobis videtur. Et primo quidem an eadem hæc Reservata jurisdictio, quoad Imperatorem, si de feudo hujusmodi immediatè regali in judicio possessorio controvertatur verificari queat, & secundo, num etiam Imperator, si non de toto hujusmodi feudo, sed parte saltem ejus lis movenda, cognitionem sibi solus arrogare valeat. Quantum ad primum, sunt quidam qui illud negant uti *Magn. Dn. Reink. d. R. S. & E. alleg. loc. 1. 69. Thom. Michael d. jurisd. concl. 18. & alii quos vide apud Dn. Limn allegat loc. n. 78.* ob verba illa constitutionis Cameralis so einen Theil gänzlich oder endlich abgesprachen werden sollen / quorum alterum cum sit præcisæ significationis notante *Wehner in observat pract. verb.* gantz gänzlich *p. 202.* ipsamq. litis inducere videatur definitionem, non posse referri ad judicium possessorium, utpote quod litem non finiat, sed petitorium saltem præparare soleat *Bartol. in l. 1 C. quor. bonor. n. 17. Bald. in l. 1. n. 2. C. uti possidet.* Transitemus quoque cum ipsis, nisi ipsa Ordinationis Cameralis generalitas in affirmativam nos inclinare faceret, sententiam,

tentiæ, quæ proinde cum generalis sit, neq; distinguat inter petitorium & possessorium, eum generaliter intelligi debere, neq, nostrarum esse proprium distinctionem comminisci l. 4. ff. si quis ingen. esse dicetur ubi oratio nullam causam aut personam excipit l. 19 C de collat. l. 2. § 5 ff. de vi bonor. raptor. § 5 vers. & hæc Inst. de legit. agnator. Success. præcipue quod uti alibi vid. hyp. §. 1. in fin. ff. si mens. fals. modu dixerit. Magnif. Dn. Tabor in analect. ad Bachof. lib. 4 action. 1. c. 37. ita & hic distinctio illa desumeda foret ex eare, quā legislator, qui distinctionem omisit satis notam habuit, quis enim dubitaret, [illegible] Imperatorem cæterosque qui tunc temporis communibus eum juvabant consiliis Ordines Imperii, eog tale etiam de cognitione bonum feudorum, quæ in judicio possessorio peragenda venit, qui proinde si aliud jus quoad possessorium, quam quod in petitorio placuisset observandum existimassent, nulla certè fuisset difficultas, in re vulgari & nota distinguere, & propterea cum hoc expresse factum non fuerit, nec nostrum erit ex inanibus quibusdam divinationibus, contrarium adstruere, patrocinante etiam insuper nobis notissima juris dispositione, quæ de possessione & proprietate apud

3 unum eundemque judicem disceptari debere præcipit, ne scilicet causæ continentia dividatur l. 10 C de judic. & 1. de sequest. possess. Magnific. Dominus Cancellar. Schütz in dict. disput. inaugural. d. Vicar. Imper. concl. 15 lit. A. Dominus Linnæ supr. allegat. loc. n. 82. ut maxime enim origine sua, causæ possessionis & proprietatis sint separatæ l. 12 § 1 ff. de acquirend. possess. & ideo permisceri prohibeantur l. 52. supr. ff. eod. quoad usum tamen procedendi, probandi modum, mediumque perveniendi ad dominium, ejusque decisionem pares habentur, neque ordinis ratione divulsionem, & separationem patiuntur, uti post Gadd. de sequestr. possess. c. 2. n. 33. edocere nos voluit. Illustr. Vmm disp. ad process. judic. direct. 4 § 5. n. 23.

4 Neque quicquam primò officit quorundam ad ultimum hoc argumentum responsio, regulam illam de continentia nimirum possessorii & petitorii, fallere si res de qua controvertitur, ita comparata sit, ut is qui in possessorio Judex fuit, in proprietatis causa judex esse nequeat, ideò quia petitorium alterius cognitioni specialiter sit reservatum Zas. in d. l. 10. C de judic. n. 14 Jason in eand. n. 6. Menoch. 2. arbitr. cas. 371. n. 23. nostro autem casu specialiter Imperatori cognitionem petitorii ord. Cam. p. 2. tit. tit. 7. esse reservatam. Nam uti jam olim hoc accuratissime

ctissimè observavit *Magnif. Dominus Cancellar.* Schütz *d. concl.* 25. metum illud est Doctorum figmentum, & contra *d. l.* expressa verba excogitatum quibus ne quidem ex beneficio vel prærogativa continentia causæ dividenda conceditur. Et posito tandem, at non concesso, limitationem illam regulæ subesse, ingens tamen quoad ultimum illud committitur fallacia petitionis principii, dum illud ipsum de quo controvertitur an nimirum *d. tit.* 7. *O. C.* petitorii cognitio Imperatori tantum Reservata fuerit præsupponunt, & fundamenti loca adducunt. *Dominus Lymn. allegat c.* 9. *n.* 83 *in fin.* Neque enim certè illa restrictio ex verbis illis gänglich und endlich firmiter satis adstruitur, utpote quod etiam hæc de definitiva intelligi queant, cum in possessorio quoque judicio, causa possessionis intentatæ finiatur, sicque definitiva feratur sententia *Anim. ad Aur. Bull. disc.* 3 *th.* 42. *Gail lib.* 1. *observat.* 4. *n* 7. Idque tantò magis, quòd illud ipsum etiam verbum Endlich in ipsa O. C. p. 2. *tit.* 21. æquè ad sententiam, quæ in possessorio, quam quæ in petitorio pronunciatur referatur, ibi, des sollen beyde Theil zu endlichem Außtrag für das Käyserliche Cammer-Gericht kommen/ und solcher Irrung oder streitige Wehr/ oder Possess sich daselbst endlich mit Recht entscheiden lassen/ & postea etiam in § ob auch / *&c.* und alßbald darauff summariè ohn einigen Gerichtlichen Proceß/ oder andere weitläufftige Außführung der Sachen zuerkennen / welchem Theil die Possession oder quasi einzuraumen oder inhibiren sey / sich derselben biß zu endlichem Außtrag des Rechtens in possessorio oder petitorio zu enthalten / confer de reliquo quoad singula præter *supra citatos C. L. P. de S. R. R. vol* 2. *disp.* 2 *th* 4. *lit. A Leupold. d. concurr. jurisd. qu* 5. Quoad alteram quæstionem respondemus itidem affirmativè, cum *Magnific. Domino Cancellar.* Schütz *in dict. disp. d. vicar. Imper. dict. conclus* 25. *lit. B.* Quemadmodum etiam eundem Dominum suum Patentem quondam secutus est *Dominus* Schütz *Jun. in prælect. jur. feudal. c. xi. d. conservat. feud. sub doctr. d. judic. feudal.* non obstante eo, quod *Rosenthal d. feud. c.* 12. *concl.* 1. *n.* 30. *Sixtinus d. regalib. libr.* 2. *c. ult. n.* 18. *& sequen p.* 226. Contrarium asserere voluerint, quod enim juris in toto idem etiam in parte statuendum erit, nisi manifesta in contrarium reddi possit diversitatis ratio *l.* 76 *ff. d. R. V. ibique Anton. Fab in Rationalib.* jam verò certè eadem ratio vetans, quæ in toto regali feudo versabatur, eadem & in parte

ejus militat, ne scilicet & hæc feuda maximo Imperii malo temere dismembrentur Dominus Reinkingk d. Regim. S. & Eccles. allegat. loc. n. 119.
7. Nec quicquam facit pro contrarium sentientibus vocula gäntzlich/illa enim non quantitatem rei controversæ sed qualitatem sententiæ denotat C. I. P. d. S. R. R. allegat loc. & per consequens etiam parum facit responsio Sixtini allegat. loc. ad vulgatam illam juris regulam, eam scilicet non subsistere eo casu, quo aliud reperitur dispositum, hic autem in dicto §. ob auch Sachen aliud de parte, quam de toto ejusmodi feudo regali constitutum esse, illud enim adhuc in quæstione est & propterea etiam sine commissione petitionis principii probationis loco adduci non potest, præcipuè etiam quod illa ipsa præjudicia, quæ pro sua sententia in Camera ventilata Sixtinus ibidem ex Autor. præjudic. Cameral. asserit, nihil minus quàm probationis vim sustinere queant, utpote quod in primo iis interversata fuerit Imperatoris ipsius utilitas cetera vero quæ apud Suler extare dicit, apud eundem non reperiantur testante Magnific. Dn. Cancellar. Schütz dict. consil. 15 in fin. confer C. H. P. d. S. R. R. allegat loc ubi etiam adjicitur in causa Hessen contra Hessen die Marpurgische Succession betreffend ita practicatum fuisse Schrad. d. feud. part. 10. sect. 1. n. 68. Pruckman. consil. 36 n. 17. Reliquæ, quæ etiam aliàs circa hanc materiam adhuc à Dd. moveri solent quæstiones, videri possunt apud Dn. Reinking cit. loc. nobis enim hàc vice non licuit singularem instituere discussionem.

§. XI.

1. Quæstio de Præcedentia Suffraganei Statuum Imperii controversa est de Reservatis Imperatoris
2. Defenduntur pluribus Statuum Imperii ... de negotio controversia contra ... quorundam judicia.
3. Controversia ejusmodi de Sessionibus ante Propositionem Cæsaream decidi solent & quamobrem hoc sit additur
4. Sessio inter Electores certa est
5. Ratio ... Reservati jure assignatur ... adducuntur præjudicia.
6. Adducuntur fundamenta Domini Limnæi consensum insuper Electorum requirentis & secundum Ordinem ... sicantur, probantur, proposita sententia planius
7. Vade Definitio harum Controversiarum desumi debeat, disquiritur, asseruntur, tres inde Ordines Doctorum sententia cum probationibus
8. Rationes primæ opinionis diciturq, ex antiquitate familiarum ob incertitudinem nihil ... posse.

9. Hinc ex multitudine negotiorum taediumque, quae altera et tertio operio, Sessionis praecedentiaque controversias decide posse. | *10. Non semper ex actibus possessoriis consistam decidi posse, & proinde arbitrio Imperatoris relinquendam esse asseritur.*

TERTIUM Reservatae Imperatoris Jurisdictionis negotium collocamus in cognitione de Praecedentia sessioneque Statuum Imperii controversâ in comitiis. Sane fatendum erit hasce controversias non nihil officere, publicis Imperii deliberationibus, & parturire comitiorum protelationes vid. *R. I. de anno* 1530. §. *item als sich in anfang des Reichstags R. I. de anno* 1542. §. als sich auch etliche Fürsten und Stände/ ceterum ut vetustissimus jam hic Germania nostris mos fuit, ut alter & tertius dies cunctatione coëuntium absumatur, teste *Tacit. de morib. German.* ita certè non adeò sinistre de eo judicium, cum *Zasio in Comment. ad L. 3. ff. de reb. credit. n. 9.* ferendum esse, saniores juris publici Doctores edocere nos voluerunt, praesertim cum non tam ex fastu, aut superbia quadam pharisaica repleti id faciant Germaniae Proceres, quam potius ut quilibet antiquum familiae suae splendorem, & praerogativam tueri queat *Dominus Carpzov. ad L. R. G. c. 10. Sect. 7. n. 35. & sequ.* quem certè finem irrisionem non mereri tradita *C. L. P. d. St. R. R. v. 1. diss. 8 th. 11. p. 225.* imò illa ipsa definitio reipublicae generalis declarare potest, cum enim illa ut supra ex *Aristotele* adduximus, sit ordo civitatis atque eorum qui civitatem inhabitant, certe in nostra republica iste ordo deficeret, si ita quisque, non observato antiquitatis dignitatisve Privilegio, promiscuo in comitiis Sessionem occuparet loco. Facessat ergò hinc protervi Galli istius loquela, quando cum aliquando Deliberationibus Imperii nostri controversiam quoque Sessionis impedimentum aliquod procurâsse ex relationibus cognovisset referenti ipsi regessit: *Comment. Session: Les Allemans sont ils fols, qu' ils font tant d' Estat de leurs Lambes, que pour l'assiement & yelles au chas ils quitent le bent du bien public de leur Pays.* vid. *Autor. Comment. Ratisbon. d. ano* 1654. *p.* 129. Hinc rectiùs & magis appositè ad passum praesentem *Menoch. v. 1. consil. 31. n. 3. qui non ambitu & superbia*, inquit, *de ordinis observatione contendunt laudem merentur. Nam ii nihil mihi aliud agere videntur quam ut à Deo ordinata, & recte constabilita tueantur, ita pariter ii naturam defendunt humanam, quando omnes per Ordinem inter se juncti sunt, neq. rursus*

An 2 omnes

amentis inter veriſſimos conſtituat, unde etiam paſt *Tacitum paulo ante citat. los*, taſus quoque eſt *Dominicus Arom. v. 2. diſcurſ Academic: pag. 2.* nullam in comitiis majore animorum contentione controverſiam, quam eam quæ eſt de Seſſionis prærogativa agitatam fuiſſe, hanc enim honoris thronum circumvolitare & nihil aliud quam ſummum bonæ exiſtimationis magno molimine quærere. Et quidem ſi obiter ſalecto R. I. *noſtri* inſpexeris, invenies ab anno 1500. uſque ad annum 1603. nulla unquam comitia celebrata fuiſſe, in quibus non graves controverſiæ de præcedentia inter Principes intercesſerint conſer. *Referens apud Klock in votis Cameral. relat. 168. n. 59.* & proinde etiam optima ratione conſuetudine Imperii receptum, ut ejuſmodi controverſiæ ante ipſam

35 Propoſitionem Cæſaream, quantum fieri poteſt decidantur, ut præter notoriam experientiam colligere licet ex *Bertzam. de comit. imper. 67. & ſeqn. impr.* ne alias inde æmulationes & ex æmulationibus tumultus, & alia inconvenientia oriantur. Quo faciunt verba *R. Abſch. Imperii de anno 1603. §.* Der im Heiligen Reich ſich von wegen Mißhelligkeit des Seſſions-Streit wird je zuweilen des Reichs gemeine Obliegen und vorfallende Nohturfft zurück gehalten / auch ungleiche Affection verurſachet. Notum eſt, ut ſecularium mentionem non faciamus, hac de re Archiepiſcopi Moguntini & Abbatis Fuldenſis intempeſtivum negotium, ob quod eorum miniſtri in *comitiis Moguntiacis, ab Henrico III. Imperatore indictis*, adeo exarſerunt, referente *Naucleri vol. 2. generat. 36.* ut a verbis ad verbera procedentes, jura è vaginis extrahentes, templum humano fœdarunt ſanguine. Nota denique eſt quidem Abbatis Fuldenſis cum Archiepiſcopo, & Electore Coloniensi, ratione Seſſionis contentio *anno 1184. in comitiis Moguntinis* denuo oborta, quæ quos tumultus eduxerit, legi poteſt apud *Crantz. in Metrop. libr. 8. c. 26 Cruſ. annal. Suevicor libr 11. part. 2. c. 14. p. 487. additionib. Buſſaei Beſold. d. praecedent & Seſſion prærogat. ſub tractat. delegat p. 310 Bertzenſſ. d. ſeſſ. ad A. B. b. 40. lit. G.* Notum hoc quoque fuit, glorioſiſſimo quondam Imperatori Carolo IV. qui cum Electorum tam Eccleſiaſticorum quam Secularium, ratione Seſſionis, gliſcentes animadverteret ſimultates, lege publica eas præcavere voluit præſcribendo eorum tam ſedendi quam eundi ipſis ordinem, qui legi poteſt *A. B. tit. 4.* at propterea etiam non ſcrupula habens necesſario ſunt sacra. Ita-
ſunt.

tran.d.comit. Imper. §.67. in medio ferè opponitur similem quandam, circa cæterorum Principum Imperii prærogativam, extare constitutionem, cæterum cum ejusmodi remedii nativitatem scissi Statuum Imperii studio te in contrarium studia consilia hactenus impediverunt, ita certè maximo Reipublicæ emolumento Imperatores ejusmodi Sessionum cognitionem sibi reservare voluerunt uti textus est expressus in *R. I. de anno 1570. p. 695.* §. Zum letzten wir wollen/ordnen und statuiren Wir hiermit/daß die der Session wegen streitige Stände/so sich auff sondere Austräge mit einander verglichen / darauff ihrer Vergleichung nach ferners/doch zugleich in possessorio & in petitorio biß zum endlichen Beschluß verfahren/und unsere Erkäntnuß darüber erwarten sollen/etc. & facit etiam manifesta ratio, cum enim dignitates ab Imperatore instar privilegiorum decernantur, nemo certè ipso accuratior honorum gradus discriminare potest *Rümelin. ad A.B. part. 3 diss. 1. §.22. in fin.* neque enim melior privilegiorum interpres esse solet, quàm qui eadem concedit *Illustr. Ernst. Baro. Hohenhusen lib. 2. d. privileg. c. 4. n. 57. Berman. d. comit. Imper. dict. §. 67.* Atque ita nunc supra allegata inter Archiepiscopum Coloniensem & Abbatem Fuldensem controversia à Friderico I. *anno* 1184. contra hunc pronunciando decisa fuit, similiter in Comitiis Augustanis, ingentes illæ certationes quæ intercesserant inter Archiduces Austriacos & Cardinalem Salisburgensem, inter Archiepiscopum Moguntinum & Salisburgensem, item inter Guilhelmum & Georgium Bavariæ Duces, & rursum inter Philippum Hassiæ Landgravium, & Duces Pomeraniæ, à Carolo V. compositæ fuerunt, testantibus *Actis, ibid. Comit. apud Coelestin.* Cujus verba refert *Berman. supr. cit. loc. vid. Gus. p. 785.* Quamvis tamen ad tempus saltem eæ duraverint, & posterioribus Comitiis subsequentibus iterum de novo exortæ fuerint, uti pluribus explicat *Dominus Carpzov. ad L.R.G. c. 10. Sect. 7. num. 41. & seq. usq. ad n. 47. exclusivè.* Ita & Rudolphus Imperator *anno* 1607. contentionem illam inter lineam Altenburgensem, & Wimariensem judiciali sententia determinavit, quamvis tamen ab hisce prætextu Nullitatis ea oppugnetur, uti videre est apud *Dominum Limn. l. 4. I.P. C. 1. ibiq. in addit.* Insurrexit tamen contra hanc sententiam nostram, idem *Limn. lib. 2. I.P. c. 9. n. 92.* asserendo, consensum Electorum insuper requiri, ac teneri Imperatorem, idque

 proban

probari [illegible], per R. I. d. anno [illegible] rubr. Wie die Irrung der Session zwischen den Fürsten hengeleget werden soll durch das Regiment: Wir setzen/ ordnen/ und wollen darauff/ daß alle und jede Stände des Heiligen Reichs/ wes Würden/ Stands oder Wesens die seyn/ so der Session oder Stands halben/ gegen oder miteinander irrig oder streitig sind/ ihr Gerechtigkeit oder Grund in solchen Sachen/ hie- zwischen Sanct Martins Tag nechstkommend/ Uns/ oder dem/ so an Unser Statt sitzen wird/ und Unseren/ und des Reichs verordneten Regenten gen Nürnberg in Schrifften [illegible], der Wir den jenigen/ die es betrifft/ fürter zusenden/ ihr Antwort darin vernehmen/ und alßdann solche Schrifften und Antwort Unsern Chur-Fürsten zuschicken/ ihren Raht darin hören/ und darnach solche Schrifft und Antwort auch mit den gemelten Unsern und des Reichs Regenten/ besichtigen/ ermässen und erwegen/ und darauff zwischen den Partheyen deßhalb Entscheid thun wollen/ damit hinfuro ein jeder derselben gegen den andern seinen Stand und Session wissen mög/ und deßhalb Irrung verhüt und vermieden bleibe. Verum perperam, ut vel ex ipsa subiecta probari poterit, quæ illud quod ibidem statuitur, non de Cæsarea propriè sic dictâ, sed Regimenti, quoad hasce Sessionum controversias cognitione interpretandum esse monet, cui proinde cum reliqua etiam Jura Majestatis, Imperatorio nomine exercere permissum, vid. Ordnung des Regiments d. anno 1500. Von den Zwantzigen/ so in der Königlichen Majestät p. 4. nihil etiam mirandum, quod & Sessionum ejusmodi, exposcente salute Reipublicæ decisiones ipsi commissæ ibidem leguntur, & proinde quoque plus quam inepte jus quoddam Statuum Imperii singulare eruitur. Tanto minus nobis officit alter à *Domino Limn.* allegatus textus ex R. I. d. anno 1575. §. Wan dann die Churfürstliche Räht. Neque enim relationem illam quæ à quibusdam Trium Collegiorum membris, unà cum Cæsareis Commissariis Imperatori fieri debebat, necessitatis, sed mere tantùm voluntatis Cæsareæ dictamen fuisse, ple §. *antecad.* Ferner und zum siebenden Artickul/ unumquemque edocere poterit, quod ipsum proinde nostram sententiam non oppugnat, sed eâ potius fortissimo adjuvat fulcimento, nos eoum concedimus Imperatorem posse aliorum Statuum Imperii consilium explorare, sed

re, sed ad illud ipsum necessitate juris teneri, est quod præfractè negamus. Ceu etiam ipsi postmodum legati referendi illud onus deprecati fuerunt, ut tantò minùs statuendi aliquod jus eorum Dominis ablegantibus competiisse colligere liceat. Et licet, præter alias rationes, ob quas, Cæsareo, quoad relationem perficiendam, mandato morem gerere se non posse suspicabantur legati, & hæc fuerit, daß über diese Sachen, vermög Speyerischen Abschiedes, dem Käyser zu erkennen, gänglich heimgestellet / & præterea specialem quandam consensionem, & quidem quoad certum individuum, uti loquitur *Dominus Limn. n. 33*, contigisse colligi debeat, quia ea opus non fuisset, si jam tùm Imperator, jure suo solus ejusmodi controversias decidere potuisset, negerimus tamen Imperatoris Jurisdictionem, æquè in hisce ac aliis controversiis fundatam esse, secundum communem juris publici Doctorum regulam, quam proinde hic exceptionem pati debere, cum nullibi in Capitulationibus Impp. aut aliis Imperii Constitutionibus appareat, incumbit probatio *Domino Limnæo*. Quod autem in *d. R. Imper. Spirensi de anno* 1570. quarundam tantum controversiarum decisionem sibi reservaverit Imperator, non inde factum, quasi in singulis idem jus ipsi non esset, sed quia quidam Statuum rem per compromissum decidi malebant, quod ipsis Imperator permiserat, quidam verò Imperatoriam decisionem anxiè exspectabant, quam etiam deinde brevi temporis intervallo secuturam promittebat, Sequentibus verbis: Den andern aber / so noch zur Zeit in keinen Austrag verfast / wollen Wir hiemit Zeit sechs Monat benandt haben / darin ein jeder Stand / so zu den andern der Session halben zu klagen / seine Klage auch sämptlich in possessorio & petitorio an Unsern Käyserlichen Hoff duplirt eingeben / darauff sein Gegentheil (der seyen ein oder mehr) auch in Zeit sechs Monat antworten / und darneben seinen Gegenbericht an Unsern Käyserlichen Hoff gleichfals duplirt fürbringen / darauff dann ein jeder noch mit zweyen Recht-Setzen oder Producten gehöret / damit zu Unserer endlicher Erkändtnüß gestellt werden soll / und was darauff von Uns mit Recht erkändt / dabey soll es endlich bleiben. Et quid opus est multa contra rem notam disputare cum vel ipsa etiam ultimum habita Comitia d. anno 1654. eam probare valeant, cum absque omni contradictione Principes Im-

pes Imperii Decretis Cæsareis ratione decidendarum Sessionis Controversiarũ se subjecerint, ut proinde nõ immeritò exclamare potuerit *G. V. II in Comitiolog. Ratisbon. d. anno 1654. part. 3. dissert. 3 n. 22.* Daß auß diesen und andern Bescheiden ein heller Blick der Käyserlichen Hochheit und Eminentz herfür leuchtet. Ceu etiam ita ut alia præjudicia novissima etiam prætereamus in iisdem Comitiis Sacra Divi Ferdinandi III. Majestas, nachdem Hertzog Julius Henrich zu Sachsen Lawenburg bey Ihr in einem underthänigsten Memorialë sich beklagt, daß man ihme bey dem Actu Propositionis als einer Fürstlichen Persohn und künfftigen Successori im Hertzogthumb Sachsen Lawenburg, an statt seines regierenden Herrn Bruders Augusti die Præcedentz vor den andern Fürstlichen Abgesandten nicht gestatten wollen, Decreto Cæsareo pro ipso pronuntiavit. Quod etiam deinde in Collegio Principum per conclusum Imposterum quoque observandum esse placuit, daß ins künfftige nicht allein Hochgedachter Hertzog zu Sachsen Lawenburg, sondern auch alle andere Fürstliche von selbigem Hauß gebohren, und NB. von ihren Eltern und Principalen genugsame gevollmächtigte Persohnen die Præcedentz vor allen Fürstlichen Abgesandten haben sollen &c. quemadmodum refert idem *Autor Comitiolog. Ratisbon. d. anno 1654. allegat. loc. p. 134 n. 34.* Unde autem definitio harum controversiarum de-

7. sumi debeat mirè, se torquent Doctores juris publici. Quidam enim ex antiquitate cum *Decio*, familiæ, allegat. *Anton. Color. in Sell. Imper. German. Sell. 67.* Quidam ex potentia regionum titulorumque multitudine. Quidam denique ex longâ inveteratâq; consuetudine, seu actibus possessoris id dijudicandum esse docent. Et quidem singulis sua afferri possent argumenta, & præjudicia. Proximo enim militare, sententia videtur, ipsius Augusti Imperatoris judicium qui *Rempublicam, quamcunq., prout antiquitate superior existit, ita dignitate voluit esse priorem* referente *Besold. in dict. dissert. d. præcedent. & Session. prærogativ. c. 3 n. 2.* Ceu etiam in ipso nostro jure Justinianeo ab antiquitate non uno in loco ad perfectionem nobilitatem vid. *l. 2. §. 9 versic. sed & Anatolium C. de V. l. Sanc. l. 7. C. d. postuland. l. 1. ff. d. Consur.* imò ad ipsam præcedentiam facta fuit, decisio *l. 1. C. d. Consulib.* quibus addi etiam possentes, quæ habent *Tiraquell. d. Nobilit. c. 19. Cravett. consil. 982. n. 1.* Alterum mari quoq;

posse

posset Decretum Patrum in Concilio Basiliensi, quo Philippi Ducis
Burgundiæ Legatos, prætulerunt Legatis Electorum Imperii, idque
præter alias etiam rationes, quas videbis apud *Chessan in Catalog. glor.*
mund part. 5 consideras. 45. p. m. 430. & seq. sequenti potissimum de causa,
quod *Burgundus plures habebat, quam Electores regiones, & dignitates, utpote
qui sexies Dux, & quindecies Comes esset*, testante *Renat Choppin. d. Doman.*
Franc. lib. 3. tit. 7. n. 13. Tertiam defendit certissima illa juris præsumptio,
quæ pro possessore in dubio militat, *l 77. ff d R. I. Colr. d. Processib executiv. parte 2. c. 2 n. 73. l. 24. l. 20. ff de probat. Cravett. consil 150. n. 5 vol. 1. Menoch. d. præsumpt lib 3. præsumpt 92. n. 42. Carpzov. p 2. constit. 39 defin 34. n. 6.* & quod observantia optima sit interpres in his, quæ dignitatem & nobilitatem respiciunt, *Menoch vol. 4 consil. 302. n. 43. Besold. dict. dissert. polit. jurid. de praced. & sess. prærogativ. c. 3 n. 1 in fin.* Ceterum
neutra nostro quidē judicio in hypothesi & relatione quoad Proceres
Imperii nostri, ita simpliciter absque errore defendi poterit. Quantum
enim primò hic antiquitati familiæ tribuendum, vel inde constat,
quod nihil certi de eâ concludi posset, dum vel quidam originem 8.
suam ab *Ursinorum familiâ Romana*, quidam ab *Ascena, filio Gomeri, nepote Japeti filii Patriarch. Noa*, quidam ab *Artino quodam, Comite Alexandri Magni*, quidam ex *vetusta Trojanorum gente* deducere volunt, de quibus singulis videri poterit *Reusner. in Genealog. & Irenic. exeges. German. lib. 3. c. 2.*
Et posito tandem hisce fidem habendam esse, nihil minus tamen inde controversia præcedentiæ definiri posset, quia adhuc insuper probandæ forent prærogativæ, quæ familiam, suos unde natales deducit, præ alia illustriorem reddant. Alias enim nudæ antiquitati priores partes non deferentur. Quod si verò non tam antiqua prosapia ipsa, quam antiquitas dignitatis, qua nimirum hæc vel illa familia, præ alia consecrata fuit respici hic debeat, fatemur quidem non contemnendum hoc fore remedium, ut illa Sessionem anticiparet, ceu jam etiam *Impp. in Consulibus, uti ex l. 1. C. de Consulib.* constituisse comprobavimus, ceterum cum nemo possessionem suam, quam habet, ita facilè derelinquere soleat, & notoria etiam Imperii observantia testetur, quod quidam Principes, vel Duces, licet posteriores quibusdam, qui prius dignitatem illam nacti fuerunt, præferantur, uti quidem tale quid de *Serenissimo Wurtembergiæ Duce refert, Besold. allegat. dissert. d. proœm.*

 etd. &

tit. 1. c. 3 n. 2. in fin quilibet videt, nec inde decisionem hujusmodi con-
4. In causis denegata justitia rei per modum simplicis querela Camera defertur [illegible] si vero protracta est, Promotoriales ut olim decernuntur, vel mandata [illegible]
5. Referuntur argumenta utrumque affirmantia Privilegia de non appellando (praecipue Saxonicum) auferre querelam Nullitatis.
6. Argumenta pro negativa, & Praxis Camerae referuntur, ut etiam praejudicium in ipso Senatu Lipsiensi [illegible] nunciatum.
7. Respondetur Ordine ad affirmantium adducta fundamenta.

Illud excuti hic & praeteriri non debet, an nimirum privilegia ejusmodi de non appellando pura & illimitata Salva Maje[illegible] Imperator concedere queat, videntur enim hoc pacto in co[illegible] um ipsius summae potestatis, quod tamen salvo manente Reipublicae nostrae statu fieri non posse supra dictum fuit, assumi, & qu[illegible] ino do[illegible] ncipis supremi Collegae evadere ex sententia *Bodin. lib. de Republ. c. 10. p. 254.* Ast vero fluitiria tuae documenta dabi[illegible] quique sensus tuos macolaveris Distingue enim inter usum [illegible] de non provocando, qui alieno beneficio contingit, & [illegible] proprio, virtute molestatis subjecto cuidam inhaerentis, & [illegible] [illegible] Electorc, & reliqui quibus ideo[illegible]

jus de

jus de nonappellando, non vi majestatis, utpote quæ nullibi in ipsos translata legitur, quamvis ab illâ, Imperatore scilicet qui eam in Imperio possidet id fuerint consecuti, sicque Jus illud in tribunalibus ipsorum non exercetur proprio beneficio, sed alieno, cum recognitione nimirum summæ Cæsareæ majestatis Neque certe ulla ortus hujus juris majestati ei communicatio, quin potius si res accuratè inspiciatur, nihil aliud erit, quàm in consortium laborum judicialium minuendorum, sublevandorumque gratuita quædam vocatio Apposite hinc *Haig lib.1.qu.4 n.45.* inquit, *quod licet Imperator in alium sibi subjectum* (salvo scilicet manente statu Reipublicæ nostræ monarchicæ) *plenitudinem potestatis suæ, & superioritatem omnem transferre nequeat, possit tamen aliquid summæ istius potestatis aliis communicare, ut in partem sollicitudinis ipsam assumat.* Atque ita etiam olim cum regio Romanorum Imperio nihil decesserit, quod in eo propter orationem Divi Hadriani, Senatus absque appellatione judicabat *l.1.ff à quibus appellar non lic* quod denique, nulli quoque à præfectorum prætoria sententiis, appellandi facultas permittebatur *l.unic. §. hac cunabilis ff.d.offic.præf prætor.l.19.C.d. appellat. Cassiodor.c.3. var. libr. 6.* quare nunc hodie ejusmodi privilegia de nonappellando Electoribus Imperii concessa, Imperatoriam diminuere possint majestatem vid. omnino *Dominic Arum.discurs 5.ad A B 6 137.227. Reinkin.ad A.B p 1. differt. 8 6 5.& p 2. differt. 2. 6.1 lit. E.* absque *Dn. Myler. in additionib. p. 279.* idque tanto magis, quòd illa minimè privativè, sed cumulativà, concedi soleant, retento scilicet Imperatori, jure proprietatis, ac supremæ inspectionis: ideòque ubicunque status Imperiales justitiam denegaverint, vel protraxerint vel etiam nulliter processerint Imperator, non obstantibus hisce privilegiis, in Aulico judicio & Camera Imperiali imploratus, officium suum interponit. Et quidem quantum ad priora attinet remedia, eorum imploratio parti gravatæ nullibi adempta, quin potius expressè reservata reperitur, vid. *A.B c.11 ibi* da aber das Recht nicht mitgetheilet werden wolte, sal allen den vorgemelten welchen das Recht versaget worden, einig und allein an den Käyserlichen Hoff und Gericht &c. zu appelliren zu gelassen sein cui jungi omnio debet *O C p.2.tit. ibi* Es were dann sach das eine unordentliche Widergericht und

Recht

Rechtens ersucht / und ihme die darauff in Zeit eines Monats nach beschehenen ersuchen Zurecht nicht Verholffen / oder ihm das Rundlich Versagt oder mit Geferden verzogen were. Ut proinde mirari liceat justissimum *Zintzerlingu d. appellat. l. 73 lit. D.* hanc differentiam protractæ, vel denegatæ Justitiæ, eique annexa remedia, in Ordinat. Cam. fundata esse negantis. Ut enim de notoriâ ejus in Camerâ, & quotidiana observatione, nihil dicamus, de quâ testantur *Mynf. centur. 3. observat* 82. *Gail. libr. 1. observat. 28 n 7* certe ipsa hæc [illegible] scientissimè propugnant, quæ etiam undique, quoties de hujusmodi processibus extrahendis agitur, accurate discernimus. *O. C. p. 2. tit. 26. & Recess. Deput. d. anno* 1600 § ob auch *Promotoriales* & quidem priori casu si Justitia penitus ante judicium cœptum, quod querulanti probandum erit, secundum tradita *Gail. libr. 1. observ. 28. n. 3. &c.* denegata fuerit, res per modum simplicis querelæ Cameræ vel Aulico Judicio deferri poterit, ubi tum etiam ob fundatam in prima instantia Jurisdictionem, processus & citat[illegible] e emitti [illegible] testante *Gail. libr. 1. observat. 28 num. 1. C. I. P. d. S. R. vol. 2 disp 8 lit.* [illegible] *lit. E.* Schwamman *lib. 1. process. Cameral. lib. 1 cap. 6. num. 3. & cap. 20.* Ubi & supplicationum pro citatione [illegible] et anda, & [illegible] rationis decreti formulas refert. Altero casu, si justitia tantummodò protrahatur, quod fit, *quando post citationem, judicio cœpto, judex per negligentiam suam vel in exequendo, moram facit, & ita processum differt*, daß recht Verzihet *C. I. P. d. Sr. R. R. vol.* [illegible] *§ 11. lit. E.* etsi etiam ex sententia Gailii dict. *observat. n. 4.* [illegible] beneficium accipi possit, idque ita etiam in [illegible] Civit. [illegible] Brunsuicensis, contra Ducem Henricum factum fuisse testatur, *Mynsinger. centur. 5 observat 82 n. 4. & 5.* illud ipsum tamen abolitum videtur per *Recessum Deputat d anno 160* [illegible] *§.* ob auch promotoriales &c. p. 845. ubi subsidium tantummodò Promotorialium conceditur, vide Schwanman *lib. 1 Process Cameral. 9 num* [illegible] *& numer. 1.* Quæ quid in promotoriales, ce[illegible] [illegible] protrahenti justitiam præscribunt, intra quem jus reddere [illegible] tur, neque necessum est primum [illegible] totial[illegible] peremi, [illegible] [illegible] [illegible] *Mollenbr. com*[illegible]

in documentum factæ requisitionis, & eam subsecutæ procrastinationis, unà cum supplicatione exhibere, (*per Recess. d. an. 1566. §* nach dem denen portenten *p. 635*) quod si verò hisce fetis factum non fuerit, neq; jus redditum, ipso jure causa ipsæ principalis, in quo statu reperitur, Camerali jurisdictioni subjecta censetur *dict. § ob auch promotoriales Recess. Deputat. d. anno 1600. Mynsinger 3. observat. 57 C. J. P. d. St. R.R. vol. 2 disp. 8. th. 11 lit. F.* Quicquid tamen sit, nec hodie Promotoriales hesce in Camera decerni, sed eorum loco mandata promissa, quibus intrà certum tempus, justitia ut administretur, definitivèque procedatur injungitur, quo elapso & contempto, ed pœnam mandato insertam egatur, frequentari testis est *Magenhorst ad Ordinat. Cam. p. 2. tit. 26. Autor. præjudic. Cameral. verbo denegata justitia § notatis causis.* Et hæc de prioribus remediis. De tertio maxime controvertitur, & in specie quidem illud quod privilegium Saxonicum de non appellando neget, *Andreas Knichen de Saxon. non provocand. jur. c. 2. num. 43. p. 331 Arum. discurs. 5. ad A. B. th. 17. Dn. Carpz. in sem. centur. qu. ad Aur. Bull. annex. Synops. jur. feudal. disp. 6. th. 3.* sequentibus potissimum motis de rationibus, primò quod prohibita appellatione causæ, non audiatur intentans agere de nullitate *Clement. 1. d. Rejudic.* 2. quia inutilia alias redderentur ejusmodi privilegia, cum quilibet eam prætendere possit 3. quod hodiè ex usu fori ubiquè ferè obtineat, ut nullitatis quæstio coram judice appellationis proponatur *Gail. lib. 1. observat. 127. num. 7 Mynsinger. centur. 5. observ. 92. novissimè Klock vol. 1. consil. 12. n. 208* 4. denique ob ipsa privilegii Saxonici verba das von keinem bey oder End-Urtheil Erkendnüssen *decreten* Abschieden *appelliret/ suppliciret*, noch *reduciret* werden soll / quæ cum sint universaliter negativa, ac omnem voluntatem concedentis inducentia, non modò appellationem, sed & omne aliud subsidium exclusisse videntur, Confirmante hoc insuper eo, quod illud ipsum privilegium Ferdinandinum, decreta & judicata Electorum Principumque Saxoniæ in perpetuum firma ac rata manere velit, prout iterum verba sonantur sondern ihre Liebden und derer nachkommende Erkandnüß / Urtheil *decret* und Abschiede sollen gantz kräfftig stets bleiben und volstrecket werden / jam vero firma deserta manere non possent, si per querelam nullitatis in Ca-

Ca- mera.

mera, vel Aula retractata liceret; Quicquid tamen sit, & quamvis hæc ita disputaneus, contrarium nihilominus Dominis Cameralibus
6 bus visum, dum non obstantibus suprà in contrarium allatis fundamentis, Processus ratione nullitatis institutos receperunt. *Gail lib. 1. observat* 135. *Dn Reink de R S & E. lib* 1 *cl* 4 *Michael. de jurisdict. conclus.* 26. *Reihard. Dietér. de summa summi imperii potestat. §. 27.* atque hoc quidem nostro judicio optimo jure, adimunt enim hæc privilegia appellationis tantum beneficium, à quo ad querelam nullitatis, ut diversum remedium argumentum deducere contra regulam JCtorum est *C. J. P. A. St. R R vol. 1. disp 7 § 26 lit. L. Rumelin ad A. B. p. 2 dissert. 2. § 15. Ibiq. Dn. Myler in addition. Klock. Tom. 2. consil. 45. n. 44. & in votis Cameralibus relat. 125. n. 28. & in Mantissa relat. 169 n 439. Wames centur. 1. consil. 81. n 7. & 8.* Et satis favorabilior est hæc querela nullitatis, quam ipsa appellatio, utpote quæ salva Electorum, & aetarurum Imperii Statuum Magnificentia fieri potest, cum propriè saltem actoris veniam & fallacem adversarii circumventionem implicet, nec judicem priorem injustitiæ vel iniquitatis arguat, uti facit appellatio *l. 1. ff. de appellat.* uti postmodum etiam priorem suam sententiam, illae non expressè tacitè tamen corrigendo, illud ante nos accuratissimè observavit *Dn Carpzov. in comment. ad L. R. G. sect. 7. c. 9. n. 13.* ubi *n.* 15. etiam refert, secundum nostram sententiam pronunciasse ipsos quoq; Electoris Saxonici Scabinos Lipsienses in causa Michaelis zu Weissensee *Mens. Octobr. anno 1620.* his formalibus, Ob nun wol fürgeben wird / ob hättet ihr hiedurch wieder das Fürstl. Sächsische privilegium de non appellando gehandelt / dieweil ihr aber dennoch Ewer Klage bey den Käyserl. Cammergericht zu Speyer / dafür es sich auß der von bemelten Käyserl. Cammergericht an die Fürstl. Weymarische Regierung ertheilten citation ansehen lässet / allein per viam simplicis querelæ. und ex capite nullitatis anbracht &c. So habt ihr auch nach Gelegenheit disfals dem angeregten Fürstl. Sächsischen privilegio de non appellando zu wie-
7 der nicht gehandelt V. R. W. Neque tamen etiam deerit medium, quo contrarium sentientium argumenta, nobis opposita refellendi sit facultas, quantum enim primum attinet, respondamus negando neque enim illud etiam ex allegat. *Clement. n. 1. de sententia.* &

ipso & rejiudio, probatur, utpote quæ non adimit simpliciter querelam nullitatis remota appellatione, sed eam saltem suspendit in tempus factæ executionis, qua peracta jus suum intentans nullitatem, non obstante eo, quod tres cõtra se sententias habuerit, denuo persequi poterit, & si vincat prioris sententiæ executio revocabitur, illeque in pristinum statum reducendus erit, quod nostram sententiam plane non oppugnat, sed magis confirmat, utpote quod ipsi concedamus, sententiam etiam hic executioni mandandam, atque deinde in Camera vel Aulico judicio nullitatis querelam plenariè persequendam esse *Cl. P. d. St. R. R. allegat. loc. Dn. Carpz. l. P. F. S. p. 1. constitut. definit. 24.* Qua ipsa etiam patet responsio, ad alterum oppositum, nimirum & hoc falsum esse, quod si enim non obstante nullitatis processu, sententia mandatur executioni, quâ ratione privilegia de non appellando fierent illusoria? nam & illud quod ratione ignorantiæ juris Saxonici à nonnullis adductum fuit, frigidum nobis videtur. Ut enim primo non dicamus quam parum accuratè hoc quoad omnium Electorum privilegia de non appellando applicetur, certè quoad ipsas Electoralis familiæ provincias singulas, ratificari non potest, ita enim & Coburgensis principatus privilegio hoc munitus, quamvis in ibi jus Cæsareum & non Saxonicum observatur *Rumelin ad A. B. p. 2. d. dissert. 2 ? ?.* nam prærogativam hanc habet Saxonica Domus, quod & præter Potentissimum Electorem ipsum, reliquis quoque Saxoniæ Ducibus hoc privilegium competat, *Dn. Reink. d. R. S. & E. allegat. loc. Dn. Carpz. ad L. R. G. c. 9. sect. 6. n. 7.* Quasi verò etiam, quod tertia responsio esse possit, in Augustissimo Aulæ vel Cameræ Imperialis judicio, non essent juris Saxonici gnari, cum tamen secundum statuta & consuetudines inferiorum tribunalium judicare ipsis injunctum fuerit *O. C. p. 1. tit. 57* ceu etiam alias in distributione actorum, alter pleromque qui juris Saxonici peritiam habet, referentis munus subire cogitur *Dn. Carpz. ad L. R. G. c. 9. sect. 3. n. 20. & seq. Balthasar. Rantzdorff in disp. inaugural. d. privilegio Elector. Saxon. d. non evocand. & non appelland. § 9. §. 3.* Quantum ad 3. respondemus itidem concedendo, nam & hic quæstionem nullitatis, corã judice ordinario, appellationis, Camera nimirum ac Aulico judicio, ad quæ jure communi, ut supremæ Imperatoria judicia

remitti debebat, pertractari, nam quod hactenus restricta, illud non jure communi, sed contra illud in vim privilegii concessum fuit, quod proinde etiam contra regulas juris, ad aliud diversum beneficium extendi non debet. 4. denique in adversarios retorquemus, cum enim in allegato privilegio Electorali, enumerentur ac prohibeantur tantum Appellatio, Reductio, Supplicatio, Nullitatis vero querela omittatur, nulla certè ratio impetit, ut & hanc prohibitam censeamus, quod enim expressè prohibitum non est illud permissum censetur argum. l. 43. § 1. ff. d. Procurat. l. 28 post princip. ubi sed si lex non prohibeat ff. ex quibus causis major. l. 1. ff. d. testib. Rumelin ad A. B. allegat loc p. 512. Bobadill. in suâ politic. lib. 3. c. 4. num. 44. Barbos. axiom. lib. 14 p. m. 472. Unde etiam 5. nihil Officit, quod generaliter & in perpetuum fitta decreta Electorum voluerit Ferdinandus, quia illa generalitas non exorbitanter, sed secundum remedia ibidem addicta, & litigantibus præcisa interpretanda erit, vel certè ejus verba, præsuppositis terminis habilibus, si nimirum sententiæ de æquitate juris subsistere valeant, intelligenda erunt. Sane extra dubitationis aleam res posita esset, si de nullitate quoque verba facta fuissent in privilegio, uti quidem hac in parte, prolixius expressè Serenissimis Hassiæ Principibus Ferdinandum II. in privilegio, ad certam summam & quidem nominatim mille aureorum florenorum desuper concesso, liquet ex verbis, quæ legere potatis apud Excellentissimum Domin. Fabric Dicasterii Giessensis Consiliarium dignissimum in repetit. Gail. lib. 1. observat. 35 sect. 1. plura qui nihilominus de hac quæstione pertractata videre velit, præter supra citatos inspicere poterit Mevschner. tom. 2. decis. Cameral. lib. 2. decis. 1. n. 66 & seq. Buxtorff. ad A. B. conclus. 94 lit D Autor præjudicior. Cameral. sub rubric. Appellationis & Nullitatis differentia.

§. XLV.

1. Remotis plenius præcedentis materia, asseritur, Statuto Principis subalternis appellationis remedium adimi non posse.

2. Adjicitur quale remedium in Imperio nostro subditis contra Dominos suos territoriales [illegible] competat.

3. Privilegia de non appellando [illegible] [illegible] subditis.

4. Desum-

4. *Defenditur ipsa in re Lammans Centra Eiblgii sententiam*
5. *Privilegia de non evocando subditos hodie Omnibus Imperii Statibus sunt concessa*
6. *Hac tamen privilegia ad evocationem testium ab Imperatore vel Camera facienda extendi nequeunt.*

EXinde verò quod diximus, concessionum ejusmodi privilegiorum esse de Reservatis Imperatoris, manifeste liquet. Statuto Principis Inferioris, vel alterius Status Imperii, effici non posse, 5
quominus subditi, si summa sit appellabilis, contrà eorum sententias appellationis subsidium arripere valeant, multo minus eos cogere ut illud derelinquant *O.C. part.2 tit.28. §.* Und dieweil bißhero *Petr. Anton. d. petr. de absoluta potestate c.11.n.33. Rumelin. ad A.B. part.2. diss.2.th.3.lit.C.* neque enim Inferior Princeps, id est eo, qui summam majestatem habet, summa summi Imperii jura abrogare poterit. *Francisc. Becc. consil 56.num.18.& 19.* ubi refert si inferior à Principe, edat Statuum juri communi derogatorium, id duplici ratione non valere, tàm statuentis, quia ut diximus inferior, quam statuti quia non sit bonum & justum, ex quo juri communi contrarium, 6
unde etiam est quod ejusmodi statutis, vel constitutionibus violentis non obstantibus, Camera Imperialis, & ob concurrentiam jurisdictionis, judicium Imperii Aulicum, appellationes ad se devolutas recipiant, & contra ejusmodi machinationes, Ordinum Imperii subditos mandatis pœnalibus defendere soleant, uti post *Gail lib.1. observat 72.n.5 Theming consil 24.q.1.per tot.* optimè observavit *Dn. Myler. in additionib. ad Rumelin. allegat. loc.* Coronidis loco circa hanc materiam monendum adhuc restat, ne confundantur privilegia hæc de non appellando, cum privilegiis de non evocando subditos, extra territorium, ad aliud judicium, ingens enim lapsus est 7
Zanczerlings diss. de appellat. conclus.7. quod duo hæc diversa privilegia pro iisdem habenda statuerit, cujus licet socium faceret velit *Dn. Limn. lib.3 ?.P.c 8.n 67.& c.10.num.37 Fibigius in elect. jur. publ. similec.12.q.3.n.12.* nescimus tamen illud ipsum veritati congruere, nam *allegat. c.8 n.67* nihil de privilegiis hisce agitur *c.10.num 37.* 8
agitur quidem de privilegiis hisce, Serenissimo Electori Saxoniæ tributis, verum quantum nostri judicant sensus expresse ibidem

Rr 3 disting

distinguuntur, expresse enim dicitur, *Subditi quidem ad aliud judicium extra territorium trahi non possunt, nec ab ejus aut proc: ssibus, sententiis interlocutoriis, & definitivis, sive praeceptis ad quodcunque aliud tribunal appellare permissum.* Nam licet expressis etiam posteà verbis differentiam, & quidem ulterioribus non addiderit *Dn. Limn.* ipsum tamen pro diversis ea privilegia habuisse, ex conjunctione illa, particula negativa roborata satis colligitur. Differunt alias hæc privilegia ratione potissimum instantiarum, jus enim non evocandi subditos primam, jus de non appellando alteram respicere videtur instantiam, secundum tradita *Bwterff disput. ad A.B. conclus. 94. lit. B. & E.* quem sequitur quoque *Frbeginus allegat. loc.* quibus accedit quod in ipsa *A.B. c. 11.* ut duo diversa & distincta privilegia, separatim diversisque loquendi formulis Electoribus sint concessa, ut hoc ipsum latius deducunt *Arum. ad A.B. discurs. 5 §. 11. & 13. & post eum Dn Carpz. de L.R.G c. 9. sect. 3. in pr.* Quamvis verò privilegiũ hoc de
5. non evocando subditos, primum Electoribus tantum à Carolo IV. Imperatore sit confirmatum, postea tamen ad reliquos quoque Imperii Status extensum est, generaliter enim Imperatores tempore electionis promittere solent, das sie die Churfürsten / Fürsten / Prælaten / Grafen / und Herren / von Adel auch andere Stände und Unterthanen / deß Reichs mit rechtlichen oder güttlichen Tagleistungen ausserhalb Teutscher Nation / und von ihrem ordentlichen Richter nicht tringen / erfoddern noch für bescheiden / sondern die alle und jede insonderheit im Reich laut der gülden Bull / auch wie des heyligen Reichs Ordnungen / und andere Gesetz vermögen / bleiben lassen *Capitulat Caroli V. art. 15. ad de Ordinationem Cameræ de anno 1495. rubric* die Unterthanen in ihren ordentlichen Gerichten bleiben zu lassen *& de anno 1521 rubric* einen jeden bey ordentlichen Gerichten *&c. p. 136 O.C part 2 tit. 2 Arum discurs. 5. ad A.B. § 11. Rumelin in eand. part 2. dissert. 1 th. 2. ubiq; Dn. Myser. in additionib.* Quicquid verò sit nequaquam tamen hæc privilegia de non evocando, Imperatorem ejusq; Cameram impedire potuerunt, quò minus Statuum Imperii
6. subditos, testimonii causâ evocare valeant, non sine urgenti majestatis Imperatoriæ axiomate, & signo plusquam evidenti, *Gail. lib. 1. observat. 58. num. 2. Ummius disp. ad process. judiciar. decad. 26. n. 50.*

atque

atque hoc quidem in totum ut si testes contumaciter emaneant, pœna primum pecuniaria mactatum aliquoties, & deinde banni ad comparendum & deponendum, Cæsareo judicio Cæsareo, vel ejus etiam commissario, cum concessis insuper executorialibus, ad solvendum pœnam pecuniariam prius impositam, denuo citari queant *Ruland de commissar. part. 2 lib. 2. c. 7. num. 10. & seq.* qui etiam si fortassis, quo minus se sistant, a Dominis territorialibus impediantur, Status ipsi mandatis compulsorialibus sine clausula, ad sistendum subditos Commissariis, adigi solent *Illustr. Dn. Schütz in prælect. J. P. lib 2 tit. 2. posit. 4.* idque non sine ratione, cum exemptiones & privilegia sint stricti juris, favorque probationum maximè favorabilis, & in mora sæpe periculum, ratione examinationis testium versetur *Ruland de commissar part. 1. lib. 5 c. 3. n. 25.* ubi & refert olim simile quid Electori Saxoniæ, quod testibus evocatis comparendi voluntatem prohibuisset, ad petitionem Commissarii contigisse, ipsique mandatum sine clausula insinuatum fuisse, ceu etiam quid desuper sequutum *actis in causa* Sachsen Wäymar & Coburg *pro interesse* und als *eximenten* des Herrn Reussen von Plauen *contra* den Käyserlichen *Fiscal* sine dubio declarare poterunt.

§. XLVI.

1. *Receptio juramenti subsellitii ab Imperii immediatis exemtis ex Reservatis imperatoriis.*
2. *Occurritur Hippolitho à lapide nugaciùs hoc Reservatum annihilare volenti inde quod non ab omnibus Ordinibus junctim præstetur juramentum.*
3. *Res illa unico Imperatoris arbitrio subjicitur.*
4. *Tempus alias juramentum quemode præstandi consuetum annihiletur Dissoluturæ connexionis gratia de nova fistulæ & renovatione feudorum*
5. *Dyvestitura vera & abusiva describitur.*
6. *Olim in aula Imperiali in investiendo ratione signi distinguebatur inter feuda Regalia Ecclesiastica & Secularia.*
7. *Hodie tamen indistinctè gladius adhiberi solet, ita tamen ut ratione subjecti conferentis inter Principatus & Comitatus alteratio quædam contingat.*
8. *Vicarii Imperii feuda regalia conferre nequeunt, uti nec olim etiam Regi nitentum.*
9. *Imperatores hodie vix absque consensu Electorum nova feuda conferre possunt. Quamvis de reliquis ipsa investitura feudi novi, uti & antiqua res nostræ cum solum respiciant*
10. *Asseritur contra Hippolithum à lapide Imperatori hoc jure nihil decedere quod petentibus investituram legitimo tempore & modo denegare nequeat.*

ALIUD iterum ante oculos versat imperatoris Romano Germanici Reservatum, quod dici solet Receptio Homagii, seu juramenti subjectionis ab Imperii immediatis civibus; Et licet dubitari mereatur, quâ ratione illud inter majestatis jura referri posset, cum simile quid apud prudentiæ civilis Doctores vix inveniatur, & in Imperio nostro subalternis etiam principibus a subditis præstetur, qui tamen propterea majestate non gaudeant, imò etiam à nonnullis præstetur, ita ut nec subjectionem importare queat, uti illud exemplo civitatis Imperii liberæ Spirensis Coloniensis, & wurmatiensis, quæ omnes Episcopis suis Homagium sine nota subjectionis præstant, óptimè probat *famigeratissimus Besold in Thesaur. pract. lit. H.* voce Huldigung/ non ineptè tamen, ratione Imperii nostri, & alias etiam si persona illa cui præstatur in Republica suprema sit, cuique omnes obtemperare oportet, inter illa referri potest, secundum tradita *Jacob. Bornit. d. fundand. Stat. Republic c. 27 p. 239.* cum etiam illud ipsum *ipse Hippolithus à lapid. in ratione Status part. 1. c. 7.* diffiteri non potuit, quando illam ipsam receptionem inter magis specialia majestatis jura collocare non veretur, & si aliàs de reliquo, & nobis non incognitum sit, ex solâ fidelitatis Vasallitiæ receptione, licet non ità pridem Novellus quidam Juris Publici Doctor, illud in scriptis asserere non erubuerit, plus quam ineptè ad subjectionem, & superioritatem independentem adstruendam concludi, quia tamen nihilominus Imperatori nostro, cives quotquot sunt immediati, non tantum ratione feudorum Imperii, nudum illud ipsi fidelitatis, sed etiam ratione personarum ipsarum subjectionis, & supremæ recognitionis juramentum præstare tenentur, atq; hoc quidem ipsi soli, non Statibus Imperii universis, cum Imperatore junctim vel separatim consideratis, inde cuivis de veritate nostræ sententiæ, inter Reservata Cæsarea hanc receptionem juramentorum ponentis, constare poterit. Sanè si juxtà sententiam *Hippolithi à lapide alleg. loc.* juramentum hoc Imperatori, tantum modò per consequentiam, ratione nimirum Imperii præstaretur quod *ibidem* ex sua Hypothesi Imperatori suo hoc in negotio opponi asserit, non ita magnum hoc nominati Imperatoris nostri reservatum, & fortasse magis ad simulachra Imperii, seu splendorem quendam gubernationis, cum labe-

ac tamen

tamen conjunctum, externum referri potuisset. Ceterum cum hujus suæ hypotheseos tela sint fusè suprà à nobis exarmata, ita etsi jam ut inepta illa Imperatoris & Imperii oppositio, vadimonium deserere coacta fuerit, manebit sententiam nostram sua veritas, quæ etiam motum loco vacillabit, ab reliqua illa quæ *ibidem Hippolithus*, contra ejus auctoritatem, & amplitudinem manibus verborum ampullis afferre voluit. Quantum enim illi tribuendum robur quod non præstetur in comitiis ab Ordinibus universis, simulq; congregatis, sed singulis, exinde patescit, quod tale quid in nullo regno observare liceat, neque etiam ut in monarchia fiat necessarium sit, probante *Dn. Sluter, animadvers in Hippolith à lapid, allegat. loc. n. 7* Illud quidem veteres anostrum Francorum scriptores tastantur, solenne olim fuisse ut majores duces & Comites homini obsequium præstarent in Concilio generali Galliarum, quemadmodum de Tassilone, Duce Bojoariorum, vel etiam in Parlamento Parisiano, uti de Almerico Vicecomite Turonensi ex Gestis Ludovici VIII probat *Dadin. Altesserra in orign. feud. pra morib. Gallia cap. 8 p m. 312.* ast quod omnes unoactu Proceres, & sic junctim considerati id fecerint, nuspiam legitur, & certè negotium hoc in comitiis necessario pertractandum non esse, vel inde constat, quod illa non nisi deliberandi gratia, quamvis de rebus ad Imperii utilitatem respicientibus, indicantur, jam vero constat deliberationis objectum non constituere negotia, quæ certam semper habuere interpretationem monente hoc in terminis *famigeratiss. Dn. Schütz junior in prolect. J. P. libr. 2. posit. 32.* quibus certe quin & hæc homagii præstatio, annumerari queat tantominus dubitari poterit, quod etsi ab omnibus junctim in Comitiis non præstetur, nihilominus tamen Imperator ipsis junctim consideratis, imo in ipsis quoq; Comitiis congregatis imperare queat, iique ipsi subjectionem Imperatori denegare nequeant uti *supra* etiam latius à nobis deductum fuit, Quin imo si etiam de aliis accurate adeò, & solummodo, Imperatoris summitas accersenda foret, certè nec singuli ipsi omnes subjecti evaderent, cum & quidam sint, qui raro aut nunquam ejusmodi homagium præstant, uti quidem tale privilegium Argentoratenses jactitare refert *Dn. Limn.*

libr. 7. l. P. c. 7. n. 30. qui tamen eò minus Imperatori subjectionem nunquam denegaverunt, aut denegare potuerunt, utpote quod aliàs etiam contra ipsum Hippolithum stringeret, dum nullibi negat, sed disertis verbis asserit, Status ut singulos ita etiam Imperatori tanquam supremo Principi & Capiti homagium obsequiumque præstare. Et proinde res hæc omnis ab arbitrio Imperatoris dependet, qui quomodocunque velit, illud exigere poterit, nulli enim dubitamus, quin occasione ita ferente, Statibus q; Imperii in Comitiis præsentibus vel per legatos comparentibus, ab ipsis, ibidem universis, singulisque fuerit noviter Electo Regi Romanorum, homagium hoc recipere queat, cum nullibi prohibitum; patilicatione, quemadmodum olim majestatis tuendæ gratia, Procerum hominium, solenne modiem in Natali Christo, tempore Ludovici VIII. conditum fuisse testatur *Dadini Altoserra allegat. loc.* Illud constat, eas ipsas civitates tum homagium præstare, quando per eas Imperator transire solet, *Benning de homag. conclus. 352.* Principes vero Imperii tunc tempore, quando Investituras feudorum petere vel renovare solent. De quâ re ut connexionis gratia quædam etiam dicantur, necessarium nobis videtur. Investitura autem illa prout sumitur pro actu investiendi est vel vera vel abusiva, secundum *Doctores communiter*, & utraque iterum vel feudi novi vel veteris, & licet *Maximo Vultejo l. feudor. 7. n. 11.* non invalidis adeo argumentis impugnetur, attamen quia distinctio illa *expressa extat in 2. feudor. c.* ultitur, neque novum est in jure nostro, ut ratione etiam connexorum, & respectu accidentium, si inde diversi effectus, diversæ species constituantur. Hinc rectius illa retinetur *Consulente Dn. Schütz junior. in prælect. ... in de acquisition. feud.* Dicitur aliàs investitura vera, realis in-
5. actam feudi possessionem inductio, quando scilicet vasallus Domino, vel ejus nuncio, aut procuratore inducitur in feudalis rei possessionem wann er in das Lehen-Guth geführet und eingeweiset *Schneidewin. de feud. part. ... num. 4. Besold in Thesaur. practic. ... voc.* Belehnung. Abusiva, quæ aliàs etiam verbalis, *Feudistis* dicitur, est repræsentatio futuræ possessionis verbis & signo aliquo corporeo adumbrata; & hæc etiam ultimo in Aula Imperiali frequentari consuevit, cum distinctione tamen olim observata inter

feuda

feuda regalia, an essent Ecclesiastica, an vero secularia; quod si enim Ecclesiastica puta Archiepiscopatus, Episcopatus &c. 6.
cum sceptro solennitas fieri solebat, unde etiam Scepter-Lehn appellari consueverunt vid. Land-Recht lib. 3. art. 6. nam & si diu multibus obtinuisse referat, *ex Sigeberto Roberto Montensi, Abbate Urspergensi, & Ottone Frisingensi, Dadin. Altaserra in originib. Feud. cap. 7. p. 209.* Ut Episcopatuum investitura, per virgam, & annulum celebraretur, postmodum tamen Henricus V. Imperator post longas, cum Pontifice Paschale velitationes, de quibus supra accuratius egimus, remissa hujuscemodi investitura, ex pacto sibi excepit regalium investituram per sceptrum; Quod si secularia, & quidem Principatus erant, per vexillum investiebantur, nam si regna, gladio solennitas peragenda erat. *Est enim consuetudo curiæ* inquit *Otto Frisingensis lib. 2. de gestis Friderici. c. 5. ut regna per gladium provinciæ per vexillum, à Principe tradantur vel recipiantur.* Hodie tamen indistincte gladius adhiberi solet, ita ut Va- 7.
sallus præstito jurejurando fidelitatis, capulum ensis apprehendat, & extremum ejus conum deosculetur *Vultejus 1. F. 7 numer. 29. D. J. P. de St. R. R. volum. 2. disput. 5. th. 19. liter. C* nam licet *Buxtorff. discurs. ... A. B. conclus. 69.* in Ecclesiasticis feudis priscum adhuc morem observari dicat, et tamen observantiam contrariam docet *Domin. Reinking. d. R. S. & E. lib. 1. cl. 4. cap. 16. numer. 17.* ceu etiam *ita anno 1613. in Comitiis Ratisbonensibus*, Johannem Suicardum Moguntinum, Lotharium Trevirensem, Ferdinandum Coloniensem, Archiepiscopus, Luduvicum Hassiæ Landgravium, Regem Hispaniarum, ratione Ducatus Mediolanensis, & Maximilianum Bavariæ Ducem ab Imperatore investitus, iisdem solennitatibus fuisse, ocularis testis testatur *Christophorus Wentzelius in tractat. de jurisdiction. Episcopor. Germaniæ tit. 25. in fin.* quamvis de cetero quædam adhuc inter Principatus, & comitatus, Baronatusque servetur differentia, quæ quidem in eo consistit, ut illi ab ipso Imperatore in throno majestatis, hi verò per Senatum Aulicum conferri soleant, *teste Reinkingio allegat. cap. numer. 29.*
Atque horum quidem feudorum regalium collationes, tantopere 8.
reservarat sibi voluerunt Imperatores, ut ... Vicarii Imperii

...qui

quia illa pleraque majestatis jura, durantibus interregnis, exercere solent, eas sibi arrogare valeant *A B cap 5*. Imò nec olim Regimentum ipsum *R. Imper. d. anno* 1521. *Rubric.* Römischer Königlicher Majestät Regiment §. Und behalten Uns bevor / die Belehnung der Lehen die sie unter den Fahnen öffentlich mit Solennitäten pflegen zu empfohen/zuverlehnen *p.* 121. Quicquid tamen sit, cum hodie Imperatores se feuda Imperii Ducum Principumque vacantia, & aperta nulli imposterum collaturos, sed pro conservatione Imperii & Imperatorum ad deteriora Reipublicæ tempora retenturos fore, promittere soleant, vix hodie collatio nova ejusmodi feudorum absque Electorum consensu concessa videtur *Capitulat. Caroli V. articul.* 24. nam licet *Pacer. de Regalib. cap.* 2. *numer.*
9. 61. *& cap.* 4. *numer.* 15. textum illum non de feudis sed bonis tantum vacantibus interpretandum esse putet, expressè tamen verbi Lehen adjectione refutatur, observante *Domin: Limn ad Capitulat. Imperat: p.* 263. manet tamen interim Imperatori propria investitura hujusmodi feudi, quæ ut actus secundus ab ipsa concessione feudi commodè distingui potest, & antiquæ renovatio, proindeque quia soli Imperatori competunt, & ut accessorium quoddam ipsam homagii receptionem sequuntur vel sub ea comprehenduntur, inde non ita absurdè Reservatis æquiparari possunt. Desiderare quidem illud novissime voluit *Hippolith. à Lapid. part.* [illegible] *Stat. cap.* 16. *pag* 191. pro lemata ibidique, ea tamen potissimum de ratione, quod Imperator potentibus investituram legitimo tempore ac modo denegare, imo nec adjecto pacto illam quovis modo alterare aut onerare possit. *Capitulat. Ferdinand.*
10. *LI. artical.* 39. Quasi verò necessum esset Imperatoris Majestatem, secundum tyrannorum usurpationes mediti, utpote qui gloriæ sibi ducunt, quando regimenti salutaria vincula, leges nimirum violare, subditisque jus suum, non tantùm semper afferre, sed quando exinde periculum vel etiam totalis amissio speranda, illud differre possunt; idque tantò magis quod illud ultimum non nisi Juris Communis Feudorum dictamen sit, notante hoc jam olim *Domin. Limn, in annotamentis ad Capitulat. Matth. articul.* 40 *pag.* [illegible] 95. Quin potius nos urgemus in contrarium, quod si Status

Imperii

impediti intra tempus legitimum, renovationem investituræ non petunt, excidant jure suo, & quod Imperator si propter impedimenta intra legitimum tempus ea peti nequeat, indultum sicque Jure communi feudorum hac in parte derogare queat, cujus beneficio citra periculum amissionis regalia administrantur, usq; ad tempus prorogatum, quemadmodum optimè docet *Domin. Reinking. d. R.S.& E. lib. 1. cl. 4. cap 16. numer. 57.* Ubi & refert à Divo Ferdinando II. Illustrissimo quondam Hassiæ Landgravio Ludovico Fideli ejusmodi indultum *anno* 1620. 4. *Maij.* concessum fuisse. Cujus tenor ibidem quoque legi poterit.

§. XLVII.

1. *Asseritur tamen nihilominus Imperatorem Electoratum apertum & ad se devolutum alteri conferre posse, imò obrationes adductas teneri.*
2. *Electorum numerus olim septenarius hodiè per P. O. octenarius factus.*
3. *Sublato regno Bohemico Vacante planè regno, secundum das Wahl-Recht sibi eligendi Regem & sic etiam Imperatorem unum Electorum facultatem habens.*
4. *Non obstare Imperatori hac in negotio illam de novo non fundandi Principatibus apertis in Capitulationibus jure solitam promissionem sufficienter probatur.*
5. *An autem insuper Imperator confessum Electoratum tempore teneatur diquiritur, adducunturque illud in dissensu affirmantis Lemmas fundamenta.*
6. *Proferuntur simpliciter negantium argumenta & rationes, respondetur adsingula Lemmas fundamenta.*
7. *Defenditur & approbatur Schwarzkopf sententia distinctio inter Vacantem Elect. ratione ex defectu familiæ, & ob delictum contingentem, etiam priori Casu Imperator non necesse habeat consultare Electores, posteriori utiq;*
8. *Removentur contra eam destructionem, Lemmas fundamenta probantia, deinde A. C. c. 7. ad casum translationis Electoratus ex defectu familiarum stringi posse.*

ILLUD autem adhuc alia quæstio est, an nihilominus Imperator Electoratum apertum & ad se devolutum alteri conferre queat. Ad quam nos ut affirmativè respondeamus monet præscriptum Carol IV. Imperatoris in A. B. cap 7. §. 1. Ubi non tantum passe cum illud asseritur, sed & debere additur, ut intelligamus necessitatem Imperatori, Electoratum alii vicissim in feudum tradendi imponi, idque

Atque ideò ne numerus Electorum qui olim septenarius fuit, hodie vero per *Pacific. Osnabr. artic. 4 § Quoad domum Palatinam*, octonarius factus, maximo Imperii detrimento minuatur *Arum. discurs. 4 ad A. B. 8. 16. p. 200* cum enim proemo limitatio hujus juris rationis
2 Regni Bohemiæ, Electoratus aliàs etiam Imperii, contigerit, *d. A. Aur. Bulla. loca*, ut nimirùm si illud vacare contingat, non sicut reliqui seculares Electoratus, ad Imperiũ devolvatur, sed Statibus Regni Bohemiæ integrum esse debeat, juxta continentiam suorum privilegiorum, & observatam diuturnam consuetudinem a Romanis Impp. obtentorum, alium in regem, sicque eo ipso novum Electo-
3 rem eligere, & vero textus noster per se Ecclesiasticis Electoribus applicari, neq; de iis intelligi possit, utpote quod hi non jure sanguinis, aut successionis, sed jure Electionis legitimè a capitulo partæ Archiepiscoporum numero inserantur, atq; eo ipso, accedente tamen investiturâ Cæsareâ, Electoralia jura consequantur, *Dn. Limn. in annotament. ad capitular. p. 269. num. 28* hinc certè nisi ita cautum, fieri paulatim potuisset, ut non nisi unum Regem Bohemiæ, inter seculares, & tres Ecclesiasticos numeraret Germania Electores. Notum hoc in præteritis tumultibus fuit prudentissimo Suicardo Moguntiæ Electori, cum *tot. literis ad Saxon. & Brandeburgicum*, pro recipiendo in Electorale collegium Bavariæ Duce Maximiliano, hortaretur, ingenue fatendo *d. 7. Octobr. & 3. Novemb. anno 1623* das zur Ruhe nicht zu gelangen, es sey dan das Churfürstliche Collegium als das Haupt Fundament, darauff so wohl als Haupt als die Glieder, und also die gantze Substantz des Reichs bestehet und gegründet ist, ergentzet, *Cf. P. d. St. R. Rvol. 1 diss. 7 9. 17. lit. B.* Imò ipse Imperator Ferdinandus II. in instructione Carolo Hannibali Burggrävio de Dona *ad præfatos Electores legato* in animum revocavit, confitendo das zu Ruhe im Reich zu gerathen, geringe Hoffnung, es sey dan das vornembste höchste und geheimbste Rahts-Mittel eines Römischen Käysers, nemblich das Churfürstliche Collegium vollkömlich besetzet, *vid. Manifest. Carol. Ludovici Principis Palatini, nunc Electoris Serenissimi d. anno 1637. p. 40. & 42.*
4 Neque obstat paulò ante *allegat. articul. 4. capitular. Carol. V.* quid & postmodum subsequent. *Impp. Capitular.* repetitur, & quidem

Capitu-

Capitulat. Ferdinand. II. articul. 28. *Ferdinand. III. articul.* 32. Ubi Imperatores promittunt, quando Principatus Comitatus, & Baronatus Imperio aperientur, pro sustentatione Imperii & Imperatorum se retenturos fore, jam verò & Electoratus sine dubio esse Principatus, imo in ipsa *Aur. Bull. titul.* 7. *titul.* 20. pro talibus haberi, ut proinde etiam ob generalem illam promissionem, & hi Imperio incorporari debeant. Respondemus enim renunciationem esse stricti juris, nec quin eadem re ad rem, neque de casu ad casum, neque de persona ad personam, sed ut verbo dicamus ultra specificata extensionem non concedi *l. 21. C. ad Senatus cons. Vellejan. l. 35 l. 47 § 1 ff d pact Gail. libr. 2 observat.* 148. *n.* 12. *Domin Tabor. in analect. ad Augustin Barbos. axiom. lib.* 16. *axiom.* 9. & proindè etiam contrà eam potius, quàm pro ea judicandum esse, *Vultej. 1. Consil. Marpurgens.* 24. *num.* 58. *Decian. consil.* 52. *num* 23. Quia itaque specialiter hic Electoratuum mentio non fit, inde etiam nihil mirum, quod antiquum jus Imperatoris, quoad reinfeudationem Electoratuum salvum esse dicamus, præcipuè quod *Aurea Bulla* hoc de negotio sancitum, expresse abrogatum non sit, & aliàs etiam solo Electorum beneplacito, ut lex Imperii fundamentalis correctionem pati non possit, uti benè observatum in *C. J. P. allegat loc. add Rumelin. disser.* 7. *p.* 1 *ad A. B. t.* 11 & *t.* 13. *in fin.* Idq; tantò magis, quod undique aliàs etiam, ubi res tam Electores quàm reliquos Imperii Principes concernit, semper eorum non tantum non omittatur nomen, sed reliquis præponi solent *vid Capitulat Ferdin. III articul.* 3 *articul.* 6 *articul.* 12 *articul.* 17. *articul* 27. *articul.* 29. *articul.* 30. *articul.* 35 & 36. *articul.* 40. & 42. accedente insuper etiam eo, quòd illud ipsum, quòd de redigendis Principum feudis vacantibus in patrimonium Imperii *articul.* 14. *Carol. V.* placuit, in utilitatem Imperii constitutum sit, adeoque nun debeat contrarium operari, quod tamen operaretur si columnæ Imperii Electores, præfato modo diminuerentur. Atque hactenus quidem nobiscum etiam consentit *Domin. Limn. in annotament. ad capitular. p.* 266. *numer.* 9. & *multis aliis tam antecedentibus quàm consequent.* Cæterùm de modo reinfeudandi vacantem Electoratum, controversia remanet, Putat enim ille *eodem* modo, tum Electo-

rum

rum caeterorum consensum intervenire debere, dicitque qui suam opinionem contrariam fuerant sententiam, Imperatori & sibi blandiri, idque probari posse petat 1. quod omnis alienatio citra consensum Imperatori sit interdicta, *articul. 9. Capitulat. Carol. V.* jam vero & reinfeudationem esse alienationem *Vultej. lib. 1. de feud. cap. 3. num. 5.* 2. quod Electores non dicta causa dicantur Imperatori assistere, & esse constituti, ab Imperio in partem sollicitudinis *A. B. c. ultim. in pr.* ita ut Imperator eorum consilio & opera uti possit, si velit, sed quod teneatur, illudq; ipsum Statui imperii nostri mixto, ubi Aristocratia praeponderat, omnium maximè conveniens esse. 3. Exemplis illam opinionem variorum Imperatorum probare summopere contenditur: enim Sigismundum Electoratum Saxoniae concessisse Friderico Landgravio Thüringiae Marchioni Misniae mit wohlbedachtem Muht guten Raht seiner und des Reichs Fürsten Geistlichen und Weltlichen Grafen/Herren/ Edlen und Getrewen teste literas investiturae apud *Herteledur. A. consf. bell. Germanic. lib. 4. c. 9. n. 105. p. 136.* similiter eundem Sigismundum Constantiae, adstantibus multis Electoribus, & Principibus, Comitibusq; Imperii Fridericum Burggravium Norimbergensem constituisse Electorem Brandeburgicum, & Carolum quoq; V. Electoratum Saxoniae, Mauritio cum consilio Imperii fidelium contulisse, reliquosq; Electores consensu literis expresso, eum in Collegium Electorale recepisse *Londorp. tom. 2. act. publ. lib. 6. c. 24. p. 1162.* 4. denique; urget, commune illud Statuum Imperii interesse, ne aliàs ubi Electoratus vacans alteri cedi deberet, res inter solum Imperatorem, & accipientem agatur, scilicet ne contractus do ut facias, in Caesaris & familiae suae commodum magis, quàm Electoralis Collegii, & totius Imperii utilitatem sequatur. Contrarium tamen olim docuerunt *Dominic. Arum. discl. dissert. 4. ad Aur. Bull. b. 16. Reinkin. ad A. B. p. 1. dicl. dissert. 7. b. 12. in fin. & alii* quos enumerat Imperiale mna; mori potissimum saepius allegat textu Aur. Bull. cap. 7. num. 2. in quo potestati & voluntati Imperatoris res haec simpliciter committitur, & ne verbum quidem de consensu Electorum adhibendo adjicitur, illudq; etiam jure communi feudorū conforme esse quo Imperatori ut Domino, liberam reinfeudandi facultas permissa conferat 2. F. 55. vers. callidis 2. F. 24.

quod

quod proinde cum ratione tantum Ducatuum, & Principatuum &c. secundum superius dicta limitatum fuerit, jus antiquum ratione Electoratuum, præsertim cum id nostro *Aur. Bull.* textu, confirmatum sit, in viridi adhuc stare observantia, per *jura vulgata*. Neque certè etiam deest quod ad *Domini Limn* argumenta, quæ postea etiam sibi appropriasse cognovimus, *Dominum* Strauch *exercitat Exoteric.* 4 §. 23. fortissimè regerere valeamus. Quantum enim primum attinet, etsi hactenus concedendum foret, reinfeudationem, speciem, quandam alienationis esse, hoc tamen loco sub ejus appellatione & quidem quatenus ut illicita cōsideratur minime venire posse, argumentum fortissimum præbet, quod incrementum Imperii, imò plane ejus quietem obtineri non posse nisi Electoratus reinfeudentur, tam Imperator quam Electores ipsi secundum paulo ante allata testimonia confessi fuerint, quod denique de hac & illa, diversis agatur locis, quod si enim jam tum vacantium feudorum reinfeudationem per illum ipsum *Capitulat. Carol. V. artic* 7. prohibuerunt nomine Imperii, Electores, quale certè, si hæc reinfeudatio propriè alienatio dici posset, jus necessariò præsupponi oportet, profectò nulla fuit ratio, aut ad minimum nulla causa, illud ipsum placitum denuò *artic.* 24. repetere, quia tamen nihilominus nullum verbum censeri debet otiosè & sine virtute operandi in actionibus positum secundum *Aldobrandin.* 1 *consil.* 3. *nu.* 37. *Vultei.* 3. *consil. Marpurgens.* 21 *n.* 55. inde & necessum erit, de alio negotio agi in *articulo* 7 de alio in *artic.* 24 & per consequens etiam tantò ineptius, ad reinfeudationem Electoratus ipsi necessariò accedendum Electorum consensum deducetur argumentum. Quantum ad secundum argumentum Respondere poterit, totum concedendo, interea tamen nihilominus generalia illa loca, in quibus de consensu, seu consilio Electorum exquirendo cavetur, restringenda esse ad usum juris, & quidem nominatim circa ea negotia, quorum expeditioni, ut interveniat expressè in Capitulationibus promiserunt Imperatores, jam verò in præsenti negotio accedat de necessitate, nullibi cautum, vel promissum, quin potius expressè in *dict. A. Bull. tit.* 7. contrarium constitutum esse, quod si enim alias ob generalia illa loca V. C. *Aur. Bull. tit. ultim.* ubi dicuntur Electores Imperii columnæ, & latera, quique Cæsareæ sublimitati assistunt in partem sollicitudinis constituti, jam eum de neces-

ssitate eorum consensum impetrare in omnibus promiscuè Imperii negotiis astringeretur Imperator, quid quæsumus opus fuisset, in obortis deinde Capitulationibus, ulterius eum circa quasdam tantum futuri regimenti actiones, eatenus obligare, idque tantò magis, quod nulla propemodum nova Imperatori oblata fuerit Capitulatio, qua non actum unum vel alterum ipsi sub consilio Electorum, vel Statuum etiam reliquorum Imperii, exercendum esse, quod alias Antecessores facere non cogebantur, injunctum fuerit; Exemplum manifestum occurrit in *Capitulat. Ferdinand II. artic. 26* & *Capitulat. Ferdinand III. artic. 36.* ubi de notorio pacitrupa in bannum declarando agitur, & proinde etiam necessum haud est, ex isto fundamento Statum Imperii nostri ejusmodi mixturam inducere, asserere, nam alias etiam principium illud falsum esse, aut ad minimum in Imperio nostro omni vacillare modo, & per consequens etiam præponderationem Aristocratiæ in superioribus suffic enitissime ut speramus deductum fuit. Neque certè exemplis allatis, illud quod probari *Dominum L. mn* putabat evincet, nisi prius constet illorum circumstantias de necessitate juris constituti, vel per diuturnam consuetudinem observati, ita contigisse, quod certè nunquam probabitur, nisi alias etiam dicere velimus, quod non tantum Electorum sed & reliquorum Imperii Principum Comitum, Baronum imò & Nobilium in reinfeudando Electoratu, adhibere teneatur Imperator consensum, utpote quod hoc æquè ac illos consuluisse in adductis, b *ipse Limn.* legatur monumentis, hoc ipsum tamen eum inauditum foret, nec fortassis *ipse Dominus Limn.* approbaret, & alterum ejusdem naturam sapere necessario sequitur & licet *Carol V* exemplum *Domini Limn.* sente etiam defendere videatur, in veritate tamen aliud reperitur, cum enim de consilio fidelium Imperii legatur concessisse Mauritio Electoratum Saxoniæ, & verò horum nomine cohonestandi tantummodò non veniant Electores, sed & reliqui Ordines, Nobilesque, quilibet videt parum accuratè pro jure Electoribus hoc in negotio quæsito, adduci *Illustr. Dominum* Schütz *in prælect. I. F. sub doctr. de mater. feud. subjectiv.* Quatenus denique interesse illud commune Statuum Imperii, etsi hactenus rectè in se & quatenus tale urgeri posset, cum crimine tamen Sacrilegii Imperatorem, in reinfeudando Electoratu illud non observaturum fore.

fore affectum; ne enim hic non dicamus, & communi feudorum jure eam præsumptionem cessare, quo non potest concedens feudum in præjudicium Imperii alia conditione dare, quam qua antiquitus ex consuetudine tribui consuevit a F 34 § 1 v *Profecto. Arum. discurs 4. ad. A. B. 17. in fin.* certè illud ipsum juramentum allen des Heiligen Reichs Chur-Fürsten/Fürsten und Ständen ihre Lehen und Lehen-Brieff nach den vorigen tenor unverweigerlich widerfahren zulassen/quod hic de re, Imperatores præstare solent, vid. *Capitulat Marth. artic 40.* eam *Domino Limn* adimere debuisset suspicionem. Atque hæc quidem licet ita disputari queant, & præteritis temporibus ea de re armis non minus ac literis decertatum fuerit, placuit nihilominus *Magnifico Domino Cancellar.* Schützig *in C.I.P de St. R R vol. 1. disp. 7 § 17. lit. E.* distinguere inter translationem Electoratus quæ ex delicto Electoris, & quæ ex defectu familiæ contingit, ita quidem ut priori casu exquiri gratis debeat Electorum consensus, posteriori verò nunquam, quæ quam distinctio cum fundamento non careat, & ad servandam in Imperio nostro tranquillitatem excogitata sit, etiam à nobis observari & defendi debet; Sugilare quidem eam voluit *Dominus Limn. allegat. loc. a. 16* utpote quod textus *A Bull c. 7.* generalis sit, & proinde etiam generaliter, quacunque casum, consensum scilicet Electorum intervenire debere, interpretandus veniat, verùm, cum verò, ut nobis videmur citra rationem. Sanè si in dicto *Aur Bull. c 7* de consensu Electorum adhibendo, quicquam cautum esset & in *Collegio quog. I P. alleg. loc.* diceretur, eam distinctionem simpliciter ex *textu illo* probari debere, consequeretur fortassis *Dominus Limn.* quod voluit, ceterum cum neutrum hoc præsuppositum verificari possit, tamdiu stabit distinctio hæc, donec *Dominus Limn.* evidentioribus rationibus eam destruxerit. Et verò *textum A. B. c. 7.* optimè ad priorem casum, translationis nimirum ex defectu familiæ, restringi posse, atque etiam debere, vel *§. antecedente ejusdem cap* 7. declaratum dabit, ibi enim cum de Succeßione Electorali, non nihil plenius statuatur, atque ita quidem, ut primogenitos dignitatem Electoralem, cum appertinentiis consequatur, & hoc mortuo iterum ejus primogenitus, quod si verò & hic, nullis post se relictis liberis masculis, laicis, moriatur, tunc frater senior per veram paternalem lineam descendens, & hoc defuncto ejus pri-

 moge-

mo genitus, & sic consequenter Successione beari debeant, quia tamen nihilominus contingere possit, ut & hi nullis post se relictis liberis hæredibus, legitimisque agnatis moriantur, inde nunc *in sequente §. Carol IV.* de eodem disponere voluit casu, atque quidem ita, ut tum Imperator, seu Rex Romanorum, qui pro tempore fuerit, de ipso Electoratu providere debeat, & possit, tanquam de re ad se & Imperium legitimè devoluta. Quia itaque totus ille *A. B.* titulus de Successione Principum Electorum, uti vel ex *rubro* patet, agit, quia denique uti aliquoties diximus, de exquisitione necessaria consensus Electoralis nihil Impetratur, quare & nos vacantiam illam de qua in §. 3 ultra casum obortæ ex defectu familiæ explicaremus, aut quare consensum istum contra legem necessario a parte Imperatoris requirendum esse censeremus. Neq; certè illud etiam ex verbo illo providere, super quod tantopere exultat *Dominus L. mm. n.* 30 *p m* 270 probari poterit, verba enim cavillari non debent, & sive provisor Imperii dicatur, sive non, efferetur tamen nihilominus eum providere debere, & posse tanquam de re ad se & Imperium devoluta, quod verbum posse liberrimam inducit facultatem, & nullius extranei consensus exquisitioni obnoxiam, per ea quæ tradunt *Boter de investitur feud n* 57 *& c* 4 *n* 23 *Donell ad L.* 41. *ff. de verb obligationib n* 47 Quod verò nunc ad posteriorem casum, translationis nimirum Electuratus ob delictum contingentis super istum Electorum consensum requirimus, illud non tam ex dicto *A Balla* loco, quam aliunde nobis probandi facultas facillima in promptu, præsupponentibus nihilominus ejusmodi delictum, quod si vere commissum faciat Electorem incidere in crimen fractæ pacis publicæ, crimenque læsæ Majestatis, & quod proscriptionem pœnamque banni importare solet, cujus enim pœna cum absque Electorum consultatione vel consensu ab Imperatore vibrari non possit, *Capitulat Ferdin III art.* 30. & verò antequam ea in Electorem delinquentem emittatur, oportuit utique de alia digniori persona, cui tanta dignitas deferri debeat, cogitasse, ne aliàs inde tumultus & maxima Imperio procurentur nocumenta, quilibet animadvertet speciosiorem hic necessariam esse curam, & proinde concurrere debere consensum Electorum Atque huc etiam nunc pertinet, non etiam ad priorem casum, Tenius verborum *Electoris Saxonici in literis quæ extant apud Londorp tom.* 2. *actor. publicor. lib.* 6. *p.* 1176.

p. 176. & allegata etia (une à *Limn. hoc loco & in annotationib. ad Capitulat. Impp. p.* 722. ad Moguntinum *de anno* 1625. *d.* 22. *Febr.* Wie es mit der Acht des Pfaltzgrafen (dessen facta & acta Wir noch/ wie vermahls, nicht probiren) vnd Translation der Chur hergangen/ ist Ewer Liebden bewust/ vnd bey diesem Convento gnugsam angedeutet worden. Da nun die Chur-Fürsten hierunter nicht gefragt werden sollen/ wann ein Chur-Fürst in die Acht gethan/ auß dem Collegio Electorali genommen/ vnd ein ander hinein gesetzet würde/ wüsten wir nicht/ wo [illegible] die Churfürstl. Hochheit vnd Würde bestehen/ vnd was vor ein Vnterscheid zwischen denselben vnd andern Ständen ausserhalb des Nahmens wäre/ vnd wie der Gefahr halben/ so auß diesen hohen Sachen gar leichtlich entstehen möchten/ die Chur-Fürsten gegen dem Reich gesichert seyn möchten.

§. XLIIX.

1. *Jus instituendi Postas per totum Imperium est de Reservatis Imperatoris.*
2. *Origo Postarum refellit Malevola sententia à temporibus Cyri deducitur.*
3. *Ulterior Malevola reprehensio, quod Postarum usum in Imperio Romano post fata Augusti desiisse & postmodum iterum à Ducibus Mediolanensibus reductum fuisse asseruerit.*
4. *Disquiritur ex alterius sententia, utrum Posta melius in Gallia quam Germania sint disposita, defenditurq; ex parte Lerminaus contra Hornigk.*
5. *Defenditur plenius proposita sententia, quod ad Reservata jus illud rectè referatur.*
6. *Respondetur Hippolitho à lapide fundamentis, quibus illud jus Postarum Statibus Imperii asserere voluit.*
7. *Officium generalis Imperii Postarum Magistri instar feudi concessum est Comitibus de Taxis. Qui etiam variis suos subofficiales habere solent.*
8. *Ubi tamen officium distinctum asseritur ab officio supremi Aula Cæsarea Postarum Magistri.*

SUCCEDIT tandem suo quoque loco & ordine jus Postarum, seu instituendi cursores publicos, per totum Imperium disponendos, & generales Postæ alias vocabulum à ponendo derivari solet, inde quod cursores isti, semper positi, collocatique certis in locis, & semper in procinctu excubare debeant, *Godes. Stewech. in not. ad Veget. L.* 1. *p.* 7 *Dominus Limn. l.* 2. *l. P. c.* 9 *n.* 153. habetque alias varias significationes, quas videre licet apud *Ludovic. von Hornigk. Orig. Postar. jur. conclus.* 1.

Sufficit enim nobis hic nihil aliud denotare, quam equos publicos, sub securitate peculiari, per vias publicas dispositos, *Dominus Schwing in prælect. I.P. lib. 2. tit. 2. posit. 18.* & quia propterea earum institutio, ad jura Majestatis referri queat, dubitare nos non sinunt, tum usus gentium, tum etiam, quod inde maxima ad Imperium ejusque felicitatem atque securitatem redundare soleat utilitas, cum hoc pacto, quid in quolibet Imperii angulo, & remotiori recessu peragatur, cognosci queat, & non contemnendum Imperiali fisco inferatur nummorum præsidium. *Cluten. in Syllog. rer. quotidianar. b. 22. lit. B.* Originem quidem earum, ut sic de usu etiam gentium quædam dicantur, *Orlandus Malavolta in histor. Senens. allegat. Politicorum hujus seculi verè Principis, magno Fatsintro in notis ad Cornel. Tacit. p. 325. edit. Lugd.* ab Augusti temporibus derivare voluit, ceterum ibidem meritò vapulat, & rectior propterea *Brisson. de Regno Persar. lib. 1. p. 146. & Iuliani Tabort. para-*
2. *doxis reg. p. 112.* censeri meretur sententia, qui Cyro Regi Persarum eam attribuunt, quos sequitur quoque *Hornigk. orat. stat. conclus. 4.* Specificando adhuc Cyrum eum ipsum esse, qui secundæ Monarchiæ exordium pleno induxit gradu, Darii nimirum (qui à *Scriptoribus Cyaxares* vocatur, & filius Astyagis à *Propheta Daniele c. 8.* Assuerus vocati, octavi Medorum Regis) generum & sororis filium *Herodot. lib. 3. Histor. & Daniel c. 8.* Cores dictum, expressè enim probatur loco *Xenophontis de pædia Cyri lib. 8.* dum inquit, *etiam aliud quoddam excogitasse Cyrum invenimus quod ad Imperii magnitudinem pertinet, ut celeriter intelligeret, qui rerum etiam longè remotarum Status esset. Cum enim considerasset, quantum itineris equus, agitatione diurnâ conficere viribus integris posset, equorum stabula paravit certis, & in iis equos constituit, cum illis qui eorum curam gererent, ordinavit & quovis loco hominem, qui tum ad recipiendum literas allatas, tum ad tradendum eas aliis idoneus esset, quique defatigatos equos, & homines exciperet, & recentes submitteret, atque hoc in itinere, ne noctu quidem cessari dicitur, sed nuncio diurno succedere nocturnum.* Sanè favorabilior fuisset hæc *Malavoltæ* assertio, si originem horum equorum, in Imperio Romano Augusti temporibus tribuisset, licet ceteroquin nec sic immunitatem erroris consecutus fuisset, cum jam tempore quoque Julii Cæsaris, res incognita minime fuerit, probante vel ipso *Cæsar. de bell. civil. lib. 3.* quando inquit nuncios per dispositos equos, de victoria Cæsaris Messanam allatos,

latos, Generiam postmodum Imperatoribus subsequentibus, imò etiam Orientalibus in ulum annibile ex toto illo titulo *C. de curs. public. lib.* 12. passim aculotenus apparet, unde iterum observante eodem *Domino Forstner allegat. loc.* clarescit ejusdem *Malavolta* ingens hallucinatio, illum post Augusti tempora usum dispositorum equorum evanuisse, & à Vicecomitibus demum Mediolanensibus reductum esse voluit; ultimum enim illud plusquam abundanter *allegat. Cod. titul.* & prius ex *historia Ælii Veri imperatoris refutatur*, qui cursores suos ventorum nominibus cohonestasse legitur *Dominus Limn. l. 2. I.P. c. 9. n. 137.* Jam verò quem Boream, quem Aquilonem inter cursores appellare, aut quibus residuæ Æolicæ gentis axiomata tribuere potuisset, nisi cursus publici, & cursores suo adhuc tempore extitissent? De Turcarum Imperatore quod & ille similes quodammodo præcones habeat, qui *Vlacides* vocari solent & mandata ejus velocissimo cursu, expediunt, ipsique si quid novi emerserit patefaciunt, videri potest *Hornigk de jur. Postar. conclus. 5.* qui quidem in eo feliciores aucupari sunt partes, quod si in itinere equitem, quicunque tandem ille sit, obviantem sibi habeant, eum confestim desilire equo jubere queant, ipsique insidere, usque dum alium recentem & validum incidant *Dominus Limn. d. loc. num.* 138. In Gallia quoq; Postarum adhuc usum à tempore, jam Ludovici IX. qui primos inibi constituisse dicitur, in viridi adhuc stare observantia testis est *Comm. lib. 8. p. 149.* atque hoc tanta sedulitate, ut *Dominus Limn. allegat. loc. n. 123.* scribat, nullibi in Europa cujus quidem pars ab ipso perlustrata fuerit, melius Postas quam in Gallus instructas reperiri, desumpta ratione ab incolarum ingeniis, quæ quemadmodum agilia, & celeritate sua motui addicta, ita & Postas currere volupe habeant. Reprehenditur propterea nihilominus ab *Hornigk de jur. Postar. dict. conclus. 5.* qui dicit, etsi Gallorum levitas, non minus ac passerculorum tertipavia, & falacias undique nota sit, eam hic parum facere, 4 cum non de pedestri sed equestri itinere, vel cursu adornando hic agatur, ad quem perficiendum non tàm agilitate hominis, quàm equi opus sit. Verum nostro judicio præter rationem, nam & *Dominum Limn.* de cursu non pedestri, sed equestri loqui contextus ipse docet, ceu etiam à nobis *allegat. Comm.* qui manifestè de dispositis equis loquitur; propterea adduxis, & planè verba *comparationis Limnæanæ* vitiosam ab

Hornigk

Hornigk/ pace tamen tanti viri dixerimus, passa fuerunt interpretationem, quæ non exinde desumenda erat, quod sicuti Gallorum ingenia natura motui addicta, ita ipsi, homines Postarum Ministros, sed equos cursorios, quibus hi insident, currere volupe habeant, nam Postarum vocabulo, quo utitur *Dominus Limn.* & illos venire posse, ipse Hornigk *dict. tract. conclus.* 1. *lit. D.* nos edocere voluit, licet ceteroquin, cum ipso Germaniæ nostræ, rectiori fortassis consilio, palmam hoc in negotio adjudicaremus. Quod si enim Francofurtani quondam Postarum Magistri, *Iohannis à* Viraden/ accuratâ operâ effectum, ut cursores literas *Francofurto intra 6. dies Lucemo* 15. *Madrito* 10. *Landino* 8. *Venetiis* 12. *Romæ* 8½ *Coloniæ & Argentorati* 3. *Bruxellis.* 6. *Amstelodami* totidem *Hamburgi.* 2 *Norinbergæ* 3. *Vlmæ Suevorum, Lipsiæ & Ratisbonæ* 4. *Basileæ & 6, denig. Berlini* debitis locis personisque tradere valeant, cujus veritatem tuetu idem Hornigk *alligat. loc. conclus.* 17. vix possib le videtur, ut alibi ubi in Europa Velociores cursores nancisci liceat, nisi modo Gallicani, vel alterius Regionis Europeæ equi, naturam Arabicam imitentur, ... quos tantæ celeritatis esse perhibent, ut per diem ... octoginta, circi ... centena itineris milliaria conficiant, iique insidentes volare potius quam equitare videantur Hornigk *d. tract. conclus.* 5. *lit. B. in fin.* Retulimus autem earum institutionem, non tantum simplici-
5 ter ad Jura Majestatis, sed insuper ad Reservata, Imperatoria, idque ut speramus absque omni errore, cum enim soli Imperatori ea competat, ita ut pro lubitu alijs illud jus concedere queat, nam quod consensus Ordinum Imperii, vel ad minimum etiam Electorum accedere debeat, nullibi cautum legitur hinc immota stabit sententiæ nostræ veritas. Maluit quidem eam *Arnoldus Clapmar de Arcan. rerumpubl. libr.* 1. *c.* 22. & *libr.* 3 *c.* 4. referre, inter Arcana dominationis Regiæ, eo scilicet intuitu, quod Imperator vel Rex non debeat permittere subditis, vel Statibus Imperii, ejusmodi generalium Postarum institutionem, ceterum utut ita concedi posset, si causam finalem hujus prohibitionis inspiciamus tres tamen ad idem recidit, si causam efficientem consideremus, quæ nimirum efficit, quò minùs & subalterni Principes, illud jus usurpare valeant, & nulla alia est, quàm Majestas, & qui eam in Imperio nostro tenet Imperator. Atq; inde etiam est, quod cum anno 1579. Princeps quidam Germaniæ E. E. sumptibus suis generales per

les per Belgium & Italiam, Postas instituere conaretur, illud ipsi ab Imperatore, pro suæ Majestatis juris Reservati defensione, severè interdictum fuerit, *referentib. Arum. vol. 3. discurs. publicor. 15 § 53. Besold. in thesaur. pract. voce* Postmeister *Dominus Reinkingk de R. S. & E. libr. 1. class. 5. c. 6. n. 136.* Hornigk *de Regal. Postar. jur. conclus. 21.* In cassum ergò laborat *Hippolithus a Lapide part. 1. rationis Status c. 16. p. 298.* dum & hoc
quoq; jus Ordinum Imperii esse asserere nõ veretur, quod in *R. I. de anno* 6
1542. p. 302. § Und da man auch scribatur, gemeine Stände wollen Ordnung geben / daß ein Post an gelegene Mahlstatt gelegt / unterhalten werde / quippe quod nihil aliud inde deduci potest, quam quod Status Imperii teneantur prospicere, quò Postæ quæ ab Imperatore, commodis Stationibus dispositæ, sustentationem habeant, præcipuè cum & eorum interversetur utilitas, secundum effatum *Divi Matthiæ in mandato sub dato Prag. de anno 1616. emisso in princip.* quando inquit Euch ist ohn weitleufftige Erinnerung ohnverborgen / wie mercklich viel Uns und dem Heiligen Reich / auch allen desselben Churfürsten / Fürsten / Ständen / Mit-Gliedern / an ordentlich und richtiger Bestellung des gemeinen Post-Wesens / was auch dargegen da darüber nicht gebührliche Handhabung erfolget / ja in Zeiten für Beschwer und Ungelegenheiten entstehen confer *Reverend. Elector. Moguntin. literas ad S. C. M. sub dato* Aschaffenburg *17. Julii & 20. Novembr.* 1627. quæ extant apud Hornigk *allegat. loc. conclus. 29.* Quod si verò *Hippolithus a lapide allegat. loc.* Postas illas Provinciales Land-Posten / vel etiam civitatum Imperii Statt-Posten / quas etiam Statibus Imperii ex immemoriali consuetudine instituere, in suis territoriis liberum est. Hornigk *dict. tract. conclus. 90. & 91.* innuere voluit, hactenus quidem illud effatum tolerari potest, comparatè tamen quoad cursores istos generales, Ordinarios Cæsareos, ineptè adducitur, utpote quod eorum cursores tum non alio, quàm privatorum nomine insigniti meveantur *Dominus Reinkingk de R. S. & E. libr. 1. class. 5. c. 6. n. 158.* Hodie generalis Imperii Postarum Magister est Comes de Taxis, vel Tassis, cui illud officium cum subsecuturis hæredibus, instar feudi concessum est, referente Hornigk *citat. tract. conclus. 6. & 13.* unde & hæredi- 7
tarii generales Postis Præfecti Ertz-General-Postmeister appellari consueverunt, quia verò impossibile est, ut ille ubique in Imperio lo-

 corum

eorum commorari possit, sano consilio constituere Subministros vulgo Postmeister / eosque certo salario conducere solet, ut officinis Postarum maximè celebribus, qualis est *Francofurtensis*, *Argentoratensis*, *Coloniensis*, *Rembusiana*, *Augustana*, *Norimbergensis*, *Viennensis*, *Bremensis*, *denique* & *Hamburgensis*, summa cum fidelitate præsint, cursorumque accuratam gerant curam, qui etiam propterea, ut eò melius huic negotio præesse valeant, in tertiis civitatibus locisque Imperii, ubi plerumque etiam cursorum permutatio fieri consuevit, suos habent *Substitutos*, vulgo Post-Verwalter / qui etiam inibi, si quid pro literis delatis nummorum exigendum, exigunt, & deinde rationum redditionem præstare tenentur. Non tamen omnes quotquot sunt in Imperio, taxam ut appellare solent, literarum delatarum, solvere tenentur, nam quod Imperatorem, & Electorem Moguntinum, ut Arch cancellarium Imperii & quem velut Postarum per Imperium protectorem, etiam ipse summus Postarum Magister agnoscere tenetur, *Hornigk* *conclus.* 7. eorumque Ministros attinet, ab ea necessitate solvendi immunitatem habent, ut pluribus probat *idem Hornigk allegat. loc. conclus.* 6. ubi & in dicti *Generosissimi Comitis de Taxis* hac de re *dato universalibus* ita legi testatur, darbeneben auch die von Ihrer Majestät verordnete Staffeten / ohn Ihrer Majestät Endgelt fortführen / die an und von Ihrer Käyserlichen Majestät / und des Reichs Ertz- und Vice-Cantzlarn Geheimen und Reichs-Hof-Rähten / auch andern derer hohen Officirer abgehende Brieffe treulich und ohn Abforderung einiger Tax oder Brieffgeltes / wieder Gebühr niemand beschweren. Diximus autem notanter Comitem de Taxis, esse generalem supremumq. Imperii Postarum Magistrum quò nimirū hujus officium separaremus, ab officio supremi Aulæ Cæsareæ Magistri Postarum, dem Käyserl. Hof-Postampt / nam licet utrumq. concedat Imperator, & quidem solus uti ex *superioribus* colligere licet, distincta tamen sunt officia, diversisq. personis reperiuntur concessa, nam Aulæ Imperialis supremi Postarum Magistri honoribus, dignitatibusque & commodis inde pullulantibus fruitur hodie Comes de *Paar*, vid. der Römischen Käys. Majestät Ferdinandi III. wie auch der Römischen Königlichen Majestät Ferdinandi IV. Hofstatt / wie sich derselbe im Jahren 1653. und 1654. auff dem Reichstag zu Regenspurg eingefunden

fünden. würckliche Bedienten Cammer-Herrn/ eaque potissimum illa perhibentur, ut literas illorum tantum, qui Aulam Cæsaream sequuntur, rectis locis per cursores referat, pecuniamq; inde emergentem sibi appropriare queat. Et licet hâc de re non levis fuerit controversia, inter prædictos Comites, Comite quidem de Taxis illam ipsam strenue oppugnante, judicium tamen Imperii Aulicum judiciali decisione determinasse, & pro Comite de Baar sententiam *anno præterito 1656. d. 16. Augusti* dixisse, ab hominibus fide dignis accepimus.

§. XLIX.

1. *Resignatio Imperii describitur, eamq; de Reservatis Imperatoris esse astruitur.*
2. *Proponuntur fundamenta Domini Limnæi consensum Electorum intervenire debere asserentis.*
3. *Electio & Successio quatenus inter se differant.*
4. *Ad Fundamenta Domini Limnæi respondetur.*
5. *Resignatio Henrici II. suspecta videtur.*
6. *Causa quædam Resignationis Caroli V. assignantur.*
7. *Olim an Viventi Imperatori Regem Romanorum eligi posset dubitatur controversum, Hodie verò necessitate fundentes res planè indubia est.*
8. *Resignatio Imperii in manus Regis Romanorum si adest fieri debet, illudq; exemplo Caroli V probatur notaturq; propterea error Stephani.*
9. *Rejicitur error Aulæ Pontificiæ, in manus Papæ resignationem fieri debere, sibi persuadentis.*
10. *Rejicitur quoq; illorum opinio, dissimilio Restauro Castaldo, inter Imperatorem electum tantum, & consecratum ungi Pontifice.*

TANDEM denique, inter Reservata illa Imperatoris nostri generalia, referre quoq; libuit, Resignationem Imperii, quæ non inepte describi poterit actus, quo Imperator Imperium Romano-Germanicum ejusq; gubernationem, in manus Regis Romanorum, vel Electorum remittere, ac repudiare potest. Mirari quidem possis, qua ratione & hanc inter Reservata collocaverimus, cum quilibet, privatus etiam, juri suo renunciandi facultatem illibatam habeat. Ceterum utcunque ita ex parte sit, fuerunt tamen nihilominus, nonnulli, qui Imperatori gloriosissimo adimere voluerunt, eatenus scilicet, ut resignatio Imperii absque consensu Electorum, peragi non possit, inter quos vel primo loco nominari debet *Dominus Limn. lib. 2. I. P. c. 11. n. 15.* præcipuè 2

2\. verò ad *Capitulationem Imperatorum p. 431.* atque in ejus prosecutione ita progressus ut primò disputet an in thesi etiam, & per se similis renunciatio licita sit, vel non, movens in contrarium varia ex jure civili Justinianeo *l. ult. C de defens. civitat. l. penult. ff. de offic. Praesid.* & alia, ad quæ tamen ibidem rectè respondet, distinctionem nihilominus addens, an Regnum sit hereditarium & patrimoniale, an verò Electitium, priori casu omni jure resignare licitum esse, posteriori si regnum sit electitium pure, magisque Aristocraticum, potissimum ad approbationem vel reprobationem causæ advertendum, quemadmodum enim nollis invito si necessitas id suadeat, invitus ad gubernacula rerum, trahi possit *arg. l. § 9. & l. 14. § fin. ff. de muner. & honorib. Tholosan. de Republic. libr. 4. c. 5. n. 4.* ita etiam invito ob salutem publicam imponi posse, ut in administratione & curâ perseveret, postquam preces & admonitiones admittere recusaverit. Atque horum quidem regnorum numero cum Imperium nostrum referri debeat, inde & Imperatorem nostrum tradere teneri Electoribus, causas suæ abdicationis, approbandas, vel reprobandas. Atque huc nunc trahit exemplum *Henrici II.* qui anno 1019. Argentinam concedens mihi Canonicam desiderans transigere vitam, illud à Principibus impetrare non potuerit. das hätten ihnen die Fürsten des Reichs nicht gestatten wollen / sondern begehrt / er solte des Reichs warten / und haben ihn mit Gewalt darvon abgehalten., *Osa. Scadens in summo Argentoratensi templo c. 1 p. 11.* imò etiam *Caroli V.* cujus etiam Resignatio facta lagatur mit Vorwissen des Heiligen Reichs Chur-Fürsten *R. I. de anno 1559 in princ.* verum enim vero labile hoc in loco distinctio ista præbet fundamentum: Ut enim primo non dicamus, malè omninò ita simpliciter regno electitio, opponi patrimoniale, eo scilicet sensu, ac si omne Successorium Regnum, patrimoniale esset, cum tamen ejus saltem unam speciem facias, contradistinctam alteri, quod modum habendi accipit ex populi consensu, in quo etiam tanta vis non est agendi Imperanti, quam in altero de quâ re videri potest *Magnus ille Grot. libr. 2. de I. B. & P. c. 7. num. 12. & sequ.* hoc saltem regeramus, cum hic non tam disponatur principaliter de ipso Imperio, quàm potius persona illud gubernante, quemlibet animadvertere, eatenus perperam distingui inter Regem electitium, vel Successorium,

quasi

quia illi minus jus esset ac huic, circa personam suam ac dignitatem: differunt siquidem tantum electio & successio, ut media diversa, quibus ad Majestatem, vel summam in Republica potestatem pervenitur, neque illa sua natura Statum facit Aristocraticum, utpote quod illa ipsa electio omne populi jus in Principis personam ac successio devolvat. *Balthasar Wilh. Pfluger* c.11.§.6 & *Canon* 4. Atque proinde parum accurate etiam hic iterum a *Domino Limn.* Imperium nostrum Aristocraticum esse asseritur, idque tantò magis, quòd alias etiam ex fundamentis à *Domino Limnaeo* ibidem propositis, sequeretur invitum quem etiam cogi posse, ad suscipienda jura Imperialia, Caesaream que Majestatem, quod ipsum tamen uti hactenus nemo juris publici Doctorum asseruit, ita certè eo ipso Dominum Limn. sibi contradicit, & quidem *tradita section 7. prolegom. Capitulat. Imperator. n.4 p.17.* ubi expressè statuit, posse designatum Imperatorem, oblatum Imperium repudiare, neque teneri illud contra voluntatem suscipere. Facit magis pro nobis, quod nulli hac resignandi Imperium Imperatori competens potestas, ad exquisitionem consensus Electoralis, alligata vel restricta reperiatur, & proinde etiã nihil obstat, quo minus pro jure suo, circa personam disponẽdi uti queat. Neque aliud etiam inducit duorum illorum exemplorum allegatio, nam primum certè malè pro Electoribus tantum affertur, quinimò si dicendum quod res est, illa Henriciana resignatio imaginativa foret, utpote quod annalium scriptores de ea non conveniant teste *ipso* 5
Limn. & quidem quod magis est praecipuè eorum illius nec mentionem faciant. Illud quidem ex *Mutio libr. 14. Chronic. German. apud Pistor. tom. 2. histor German. p. 109.* constat cum Henricus II forte Argentinae esset ceremoniaeque & preces Sacerdotum illi arriderent, consortem illorum regulae factum eum fuisse, ast instituta postmodum pro Sacerdote viro probae vitae praebendâ, qui Regis in sacris esset Vicarius ipsum iterum publicis Regni negotiis impeditum, discessisse, at inde totalem, vel aliqualem saltem Imperii resignationem eruere velle, absonum esset. Et verò concesso tandem Imperium postquam precibus Statuum Imperii victus fuit, non resignasse, sive nunc quod noluerit, sive quod postmodum ob denuò datam fidem non potuerit, perpenderit, illud tamen ipsius factum regulam non

 con-

constituit, neq; inde subsequentibus Imperatoribus præjudicium creatum esse asseri debet, utpote quod secundum rectæ rationis, legumque etiam civilium dictamen factum cuiq; suum non alteri nocere debeat. Quamvis de reliquo & hasce preces, multo minus coactionem illam, de qua testatur *allegat. Ossa Sibadani* intervenisse, exinde quoque colligere liceat quod pleri sque Principibus Henricus II. infensus fuerit, & cum eligeretur indignum eum & postea quoque judicaverint Sollo Imperatorio, dignitateque regali, teste *Lehemann lib. 5. Chronic. Spirens. c. 16 in princ.* jam verò indignum quem Imperio existimare, & tamen ut Imperium porrò administrare velit, summoperè supplicare, vix concurrere posse videntur. Non obstat etiam Caroli V. resignatio, nam quod ibidem ea facta dicatur, Mit Vorwissen des Heiligen Reichs Chur-Fürsten / probat quidem actum illum resignationis certiorasse Carolum, Electoribus, at minimè eum consensum illorum propterea quoque exquirere voluisse, aut necessarium duxisse, certioratio enim præscitus & consensus diversa sunt vocabula, diversamque in quolibet idiomate important significationem, uti quilibet verborum proprietatem ruminando animadvertere poterit. Neq; obstat quod nihilominus in *Capitulatione Ferdinand. I in medio princip.* facta legatur translatio à Carolo Mit Vorwissen / Bewilligung und Beywesen des Heiligen Reichs Chur-Fürsten respondemus enim illud ipsum non referendum esse ad resignationem ipsius Caroli in se, utpote quam secundum dicta liberè usurpare poterat, sed cessionem Imperii in hypothesi, & quidem Ferdinando Fratri factam, nam licet hic *anno jam Christi* 1531 Rex Romanorum creatus, quia tamen nihilominus nulla ei præscripta adhuc erat Capitulatio, intererat utique Electorum providere, ne plenaria hac Imperii cessione, potestatem ultra terminos licitæ potentiæ extenderet Ferdinandus ceu etiam ipsi deinde *eodem anno & quidem* 1558. 14. *Mens. Martii* in civitate Imperii libera Francofurto Capitulationem præscripserunt. Atque ita quidem quod mirari fortassis liceat, per viginti septem annos Regis Romanorum nomine potestateque ipsi annexâ honoratus, antequam quædam præscripta ipsi fuit Capitulatio; Accedente insuper etiam eo, quod alter ille Romano Germanicorum Impp. qui Imperium resignaverunt, Lotharius, assumpto prius in

Con-

Consortem Regni Filio Ludovico, in Pfonsense quidem certo bonum esse constructum, amplissimisq; Possessionibus dotatum, concessum fuisse, nullibi verò desuper consensum Electorum, utpote qui tum temporis ea qua nunc autoritate non reperiebantur, vel reliquorum etiam Statuum Imperii adhibuisse legimus. Atque inde nunc suffi- 5
cientissimè liquet, Imperatoribus liberum omnimodo esse Imperio renunciare, etsi alias de cetero causas suas proculdubio habere solebant, Invictissimo quidem Carolo gravissimas fuisse asserit Ferdinandus I. jam tum quoque Imperator in *allegat. Recess. Imper. de anno* 1559 *in princip.* & inter illas ingravescentem ætatem, & continuatam morborum 6
afflictionem; quæ etiam jam ante in *Capitulat. Ferdin. I. de anno* 1558. assignatæ fuerant, & licet genus morbi disertè non exprimatur, aliæque ab aliis ejus rei adducantur causæ, constat tamen illud arthriticum, jam Carolo familiarem fuisse, hique eleganti stylo persequuntur *Famiano Strada de bell. belgic. decad. 1. libr. 1.* Diximus autem initio hujus positionis Imperatorem resignare Imperium Regi Romanorum, vel Electoribus, his scilicet, quando is non adest, vel ut clarius dicamus quando vivente adhuc Imperatore Rex Romanorum nullus Electus, nam licet olim tempore Ferdinandi ex istius Electionis acriter disputatum fuerit, an vivante Imperatore Rex Romanorum eligi possit, de qua re consulatur, *Limn. in annotationib. ad Capitulat.* 7
Imp. p. 424 *& sequent.* hodie tamen necessitate suadente hæc res extra omnem dubitationis aleam posita esse videtur, *Capitulat. Matth. artic. 30. Ferdin. III. artic.* 38. ceu etiam jam ante *Transactione Cadanæ* in Bohemia *anno* 1534. composita fuit, quæ quoad rem ita habet, daß künfftiglich/wann bey Leben eines Römischen Kaysers oder Königs / ein Römischer König soll erwehlet werden/ alle Chur-Fürsten zuvor zusammen beschieden werden/davon zureden/ob Ursach gnug vorhanden / und dem Reich verträglich sey / einen Römischen König/bey Leben eines Römischen Kaysers/ oder Königs / zu erwehlen / und wann sie sich dessen vereinigen / daß alsdann und nicht ehe die Chur-Fürsten / vermög der Gülden Bull / sollen zur Königlichen Wahl erfordert/ und zur Wahl geschritten / und derselben Bull unverrückt in allem nachgegangen werden 2c. Accedunt denique varia exempla, Itavium jam ante quoque Ferdinandum I. in Wenceslao

Maximi-

Maximiliano I. & post eum in Maximiliano II. Rudolpho II. Divo Ferdin. III. ejusque Filio Divo Ferdinando IV. comprobatum fuit *C.I.P. de St. R.R. vol.1. diss.2 §.7. lit.D.* qui proinde Rex Romanorum si adest
8 in manus ipsius resignatio fieri debet, non Electorum, cum enim ille sit indubitatus, quando sedem Imperii vacare contingit ejus Successor, ipsoque jure potestas Cæsarea actu etiam secundo ad eum transeat uti satis clarè innuunt *R.I. de anno 1559. in princip. Paurmeister. de jurisd. lib.2. c.5 n.3 & 4.* certè nil nisi circuitiones, & ambages forent, si aliud observaretur, uti etiam Carolus V. in manus Ferdinandi Imperium per Legatos & Plenipotentiarios suos, Gulielmum nimirum Uraniæ Principem, Comitemque Nassoviæ, & Georgium Sigismundum Seldium resignasse legitur in *tenore Capitulationis Ferdinandi I.* quæ extat apud *Dominum Limn. in annotament. ad Capitulat. Impp. p.412.* Et proinde intolerabilis error est *Matth. Stephani de jurisdict. imper. part.1. pr. n.150.* quando Carolum resignasse Imperium in manus Electorum asserit, contrariatur enim non tantum *dict. Capitulat. Ferdinandi I. principio,* sed etiam ipsius *Caroli V. Imperat. Constitutioni, ad Cameram Spirensem,* imò *ejusdem edicto de anno 1556. ad universos Imperii Ordines, de sua administrationis imperii Romani cessione,* quam nonnulli primam vocare solent, *resignatione & translatione Ferdinando Fratri facta,* quæ reperiuntur apud *Goldast. Constitut. Imperial. p.576.* Atque ita etiam nuperrime Serenissima Sueciæ Regina, *Christina* Regnum suum ejusque Coronam *anno 1654. d. 27. Maj.* (quod miratus non absque ratione fuit orbis) novnet designato, nunc verò actu Imperanti Regi Serenissimo Potentissimoque Principi Germano, *Carolo Gustavo,* non Regni Senatoribus tradere voluit, unde etiam in una parte nummorum memorialium vulgo der Gedenck-Pfenningen sequens impressa fuit inscriptio *A. DEO & CHRISTINA vid. G.V.H. in Comitialog. sua Ratisbonens. de anno 1654. p.538 & seq.* Unde etiam nunc judicare io proclivi est, de injusta illa Pontificis ejusque asseclarum prætensione, qua non tantum Imperium in manus suas resignandum esse, sed exinde superioritatem quo-
9 que in illud, atque Imperatorem astruere, non erubescunt. Quasi verò Imperium Romano Germanicum à Pontifice, & omnis renuntiatio necessario superiori fieri deberet, cum tamen istud publico Imperii decreto, uti supra audivimus, damnatum; hoc verò vel argumen-

to etiam ipsius Pontificis refutari queat, utpote qui secundum eorum assertionem superiorem in hisce terris nullum agnoscit, & tamen Papatum resignare potest, *cap. unic. de renunciat. in 6.* & proinde etiam nulla est distinctio *Reinkingk Casald. ind. tract. de Imperat. quæst.* 10.
10. num. 13. (quamvis alias hâc in parte modestiam ejus, præ ceteris Aulæ Romanæ adulatoribus, cernere liceat) inter Imperatorem approbatum, unctum & consecratum à Pontifice, & eum qui Electus tantummodo ab Electoribus & in Germania tantum consecrationem ab Archiepiscopis accepit, neque enim necessum est, ut approbetur futurus Imperii Imperator à Pontifice, neque etiam consecratio à Pontifice quæ peragitur, eo in sensu interpretanda, quasi jus quoddam inde Pontifici in Imperatorem nascatur, sed potius ut Imperatori nostro salvum jus maneat in Romam ipsumque Pontificem, nam alias injurii forent Electores in Imperatorem, dum ipsum, immemores planè officii sui Electoralis, contrà dignitatem Imperii ad Coronam illam, & unctionem suscipiendam astringere solent, prout hoc optime *observavit Dominus Limn. in annotationib. ad Capitular. Impp. p. 345 n. 15* Laudarique propterea meretur Ferdinandi I. Imperatoris Consilium, qui cum per Legatum suum, Martinum Gusmannum, Pontifici Paulo IV. de renuntiatione Fratris Caroli, & sibi, quoad Imperium, factâ cessione significare vellet, hic verò eum admittere nollet, nisi intra tres menses ab illo mitterentur legatus, cum plenis mandatis, quibus declararet, se illa quæ Francofurti circa Caroli resignationem, suamque inaugurationem contigissent, nullius momenti æstimare, ob non adhibitum eis in negotio Sedis Apostolicæ consensum, & autoritatem, ille Legato literas transmisit, ut nisi post trium dierum intervalla, ab accepto mandato admitteretur, Româ discederet. Unde etiam deinde Pontificis arrogantia cristas deponere coacta fuit, ita ut Gusmannus à Pontifice, assidentibus septem Cardinalibus, auditus fuerit, testante *Thuan. histor. libr. 21. & in eo C. L. P. de St. R. R. vol. 1. disput. 3. thes. 11. lit. D. Dominus Limn. in annotament. ad Capitulat. Impp. pag. 455. & sequ. Rumelin. ad Aur. Bull. pag. 5. dissert. 2. thes. 7.*

§. L.

1. Ius mittendi & recipiendi Legatos de Reservatis Imperatoris est.
2. Legatorum verorum nomine tantum illi veniunt, qui a Majestate praediti ablegantur.
3. Proponitur Hippolithi à lapide sententia, Imperatorem in jure mittendorum Legatorum, prae Ordinibus Imperii, nihil praerogativa habere.
4. Occurritur illi assertioni distinguendo, unde & affirmativa in initio posita sententia explicari debet.
5. Falsum esse assertione Instructionem quoque Legatorum semper ab universis Ordinibus compositam fuisse.
6. Ulterius quaedam contra Hippolithum, quoad auditionem Legatorum referuntur.
7. Rejicitur & illa assertio Hippolithi, dū Statibus singulis quoq; hoc in Iure majorem autoritatem facultatemq; tribuit.

1 HACTENUS fuerunt Reservata Generalia Imperatoria Romano-Germanici quae intra Imperii Pomaeria tantum peraguntur, sequuntur nunc ea, quae extra illud & cum exteris quoque exerceri solent, quorum quidem nos hac vice pro genuino agnoscere volumus jus mittendi & recipiendi Legatos. Et quin hoc etiam Catalogo effectorum Majestaticorum inseri debeat, nulli nisi qui prudentiae politicae ignorantiam profitentur, negare poterunt. *Besold. dissert. politic. de Legat. eorumque jure c 3. in pr. & libr. 1 polit. c. 4 n. 29 Clapmar. de Arcan. rer. publicar. libr. 1 c 18.* & proinde etiam eos tantum verorum Legatorum nomine venire posse, qui a Majestate praediti ablegari solent. Atque
2 inde etiam est quod cum Nobiles Genuenses, ad Philippum Hispaniae Regem, Stephanum Marium & Bartholomaeum Comelinum misissent, Talicarnes contrariae factionis in Republica Genuensi intercessent, homines privatos Oratores mittere non posse *Besold. d. dissert. c. 3. in fin princ.* An verò Imperatori nostro competat, atque quidem ita ut Reservatis annumerari queat, contradictorem habemus verbosum *Hippolithum à lapid. p. 1 ration. Status c. 14. Sect. altem.* In quo quidem ita ver-
3 satur, ut exclamare, ne dicamus mentiri, non erubescat, in Legatorum missione, prae Ordinibus Imperii, singulis etiam nulla autoritate pollere Imperatorem, idque ut probet, distinguit inter negotia particularia, & totum quae Imperium concernunt, priori casu cuilibet Ordinum jura Legatorum competere, hincque in *Recessibus Imperii* mentionem saepius fieri der abwesenden Rähte, Botschafften und Gesanden

ſandten *R. I. d. anno* 1500. *Rubric.* Wie man mit etlichen Ständen des Reichs *R. I. d. anno* 1555. § Daß mit aber. §. Wiewohl Wir nun & § in ſolcher/ posteriori casu, non niſi omnium Imperii Ordinum conſenſu, & autoritate mitti Legatos poſſe, adeoque ab iis instructionem, & fines mandati, intra quos continere ſe debeant, præſcribendos eſſe; verum uti ultimum hoc max dicenda perpetuum non eſſe demonſtrabunt, ita distinguendum eſſe putamus, inter illa negotia communia, quorum expeditioni ut accedat conſenſus Electorum, Legibus Imperii fundamentalibus expreſſè cautum, vel non cautum eſt, quoad 4
illa quando eorum ratione mittendi forent legati, fatemur conſenſum reliquorum Imperii Statuum, vel ad minimum Electorum interventie neceſſum eſſe, qui tamen inde illud jus Imperatori adimere, & Statibus ſecundum ſupra dicta communicare minime poteſt, utpote quod ſaltem meliotis cautelæ ergò, & quo magis proſpectum ſit Imperio adhiberi debeat, licet ceteroquin eatenus reſervatis accenſeri non poſſit, atque huc nunc rectè allegati forte an poſſet, Legatio ad componendas in Belgio turbas *Receſſ. Imper. de anno* 1594 decreta, non quidem eo in ſenſu, quem prætendit Hippolithus, quaſi hic mandatum quoddam a toto Imperio, reſpectu Imperatoris, contigiſſe dicendum ob verba. §. Dieweil dan vor angezeigt. *ibi:* Wir ſind erbietig/ mit zuziehen obberührter von Chur-Fürſten/ Fürſten und Ständen/ Krafft gemeiner Reichs-Verſamlung/ auffgetragene Gewalts/ fürderlich zu Berahtſchlagung zugreiffen / wie uns worauff die Instructiones der Pacification und Friedens-Tractation zurichten / nam illa ad ipſos Electores, & reliquos, qui Comitiali placito, futuræ deliberationi, ſuſcepto ſcilicet ab univerſis Imperii Ordinibus mandato, interfuturi perlubentur, referenda eſſe, obſervante *Domino Sliterio in animadverſ. Hippolith. à lapid. citat. loc.* vel ipſe §. *ſuperior* darauff dan Chur-Fürſten ſufficientiſſimè probat, ubi inter Imperatorem & Status conveniſſe dicitur. Manet interea jus Legationis altero caſu Imperatori noſtro reſervatum, ita ut in Conſortium conſilii Status Imperii, niſi velit, aſſumere non ſit obſtrictus, & quin hujuſmodi caſus dari poſſint, dubitare reliqua de quibus hactenus egimus reſervata Imperatoria non ſinunt, ita enim Carolum V. Imperatorem, motu proprio, nullo adhibito Statuum Imperii neceſſario conſenſu, Lega-

tos suos ad Fratrem Ferdinandum, cum mandato plenario de facienda in ipsius manus Imperii resignatione misisse, ex principio *Capitulat Ferdinand* I. probatu facillimum est, Et tantò minus de eo dubitare
5. licet, quod & priori casu, non semper eo uti voluit *Hippolithus a lapide* modo, res instituta fuerit, ita enim Legatio illa ad Muscoviæ Ducem, pro non molestanda Livonià, licet communi consilio decreta fuerit, instructio tamen Legati unde vel maximè cui hoc jus ablegandi competat, elucescit, in Cancellaria Cæsarea composita fuit *R. I. de anno* 1576 §. vnd dieweil *pag* 747. Regerit quidem Hippolithus ibidem *pag.* 273. illud Ordinum forsan permissu, in re non adeò ardua factum fuisse, ast de priori in *allegat* §. nulla litera, & ultimum falsitatis notam effugere nequit, cum Legatio illa pro retinendo membro Imperii, quale tum temporis adhuc erat Livonia, & ne ob eo eximeretur, ob communes Imperii contributiones intererat, transmissa fuerit, cum etiam propterea specialis quædam toti Imperio imposita legitur contributio §. Damit dan dieselbige Legation *dict. R. I. de anno* 1576. *Dominus Reinkingk de R. S & E lib.* 1. *class.* 2. *c.* 9 *num* 61. 62 & 63. Atque ita quidem quantum ad ablegationem Legatorum ipsam ratione negotii communis attinet, statuendum erit, nam quod Auditionem
6. ut ita dicamus, seu Receptionem aliorum attinet, indistinctè illa fortassis Imperatoris Reservatis inseri meretur, experientia enim ipsa testatur, eos ipsos Legatos, mandata sua coram Imperatore primum exponere, atque deinde ab hoc Statibus Imperii communicari, quemadmodum nos edocuit *Illustr. Dominus* Schütz *in prælect.* I *P. lib.* 2 *tit.* 2. *posit.* 54. Et proinde labitur iterum *Hippolithus a lapide d. c.* 14 *sect.* 2 quod quemadmodum Imperator Legatos mittere non possit (de qua tamen re secundum ante dicta statuendum erit) ita planè nec missos privatim, sed in publicis Imperii conventibus audire debeat. Quâ enim Imperii constitutione id cautum, aut ubi in loco Capitulationis verbum hâc de re expressum reperitur? certè illud ipsum quod olim Regimento, ea potestas quoq; ab Imperatore, cum consilio Statuum fuit concessa, nostram sententiam non oppugnat, sed rei veritate inspecta, propugnat. Placuit enim ita Imperatori, & voluit hactenus, quia ille aliis negotiis impeditus, jure suo cedere, quæ proinde cum expedita fuerunt, ipsumque illud Regimentum sublatum, res redit ad

priorem,

priorem, & quem nunc etiam observari diximus Statum. Planè uti nec Rex Galliæ propterea quid Majestatis amisit, quod aliquando Legatus alterum, coram Parlamento mandata sua exponere voluit, *Dominus Schütz in prælect. I P. dict. libr. 2. tit. 2 posit. 34 in fin.* Unde etiam nunc temperari debent ea quæ novissimè habet *Autor Commentar. Ratisbonens. de anno 1654 part. 3. dissert. 3. n. 115.* Quamvis de reliquo & sic nihilominus, si ipsius relationi per omnia inhærendum prærogativam Imperatoris cernere liceat, quod etsi interdum in præsentia quoque Procerum Legati audiantur, illi tamen ab Imperatore, ut eò melius de rebus consulere queant, copiam Instructionis petere necesse habeant. Ut jam non dicamus aliàs malè etiam in universum, illam ipsam Legatorum auditionem, ratione etiam negotii communis, ad unicum tantummodo durantium Comitiorum tempus restringi. Ac ne omittamus & prius illud *Hippolithi à lapide* absurdum, quando voluit Statibus Imperii, in negotio particulari, eandem circa Legatos mittendos facultatem, idemque jus esse, dicimus rationibus, Recessibusq; Imperii allatis illud non probari. Utut enim nobis incognitum non sit, posse singulos Imperii Ordines, in suis commodum hoc jure uti, nisi modo Legatio tendat in præjudicium Imperii, eorumque Domini Imperatoris, neque nobis illud jus in dubium ipsi 7.
vocare permissum, constat tamen nihilominus hoc fieri pro modo potestatis competentis, non jure majestatico, uti facit Imperator, sed saltem subordinato & secundario, uti pluribus persequitur *Wurmser. exercitat. 1 P. 4. conclus. 4.* Quo etiam facit, quod in particulari quoque negotio, Imperatoris Legatus omnium aliorum Regum, tam Christianorum quam Gentilium Legatis præferri soleat, ita enim in celebritate circumcisionis Mahumetis III. quæ totis quadraginta duravit diebus, noctibusque continuis, præsentibus Constantinopoli, Maximorum propè totius Orbis Principum Legatis, Rudolphi tamen II. Imperatoris nostri quondam Augusti, loco spectaverunt primo, *Famigerat. Dominus Lans. oration. pro German. Fol. 115.* Atque id quidem in tantum ut aliquando mandatum à parte altera, ad quam missus fuit, intervenerit, ita enim cum David Ungnadius, Cæsareus Legatus, Constantinopoli Sultano valedicturus esset, & Legatus Persicus eâdem de causâ ad Divanum (locus est audientiæ publicæ) se contulisset, illo

set, illeq; serius adveniens, & Persam jam primum locū occupâsse conspiciens, insalutato Soltano abire vellet, animadvertente illud Consiliario Sultani supremo Mechmete Bassa Vez tamē, Persam, licet Mahumetanæ idololatriæ addictum, loco inferiori sedere jussit, uti ex *Leunclav. Supplement. Osmanidar.* refert *Besold. dissert. de praecedent. & Session. prerogativ. c. 2, n. 2.* quale tamen quid Legatis Statuum Imperii nostri applicare velle, non unum haberemus contradictorem. Neque refert quod nihilominus in Recess. Imper. eorū ablegatus, nomen Legati aliquando tribuatur, nam illa primum contra rei veritatem nihil efficiunt, & locutio illa perpetua quoque non est & frequentius occurrunt verba sequentia Abgesandte Rähte Bottschafften. vid *R. I. de anno* 1576 §. damit auch in den Exemption-Sachen. § Wir haben auch zum sechsten/§ neben Berahtschlagung. §. damit dan dieselbige Legation, & alia quæ innumerabilia, quilibet privato studio ex Codice Recessuum Imp. invenire poterit loca. Ut jam non dicamus neq; semper ipsis etiam liberum esse, Legatos ablegare, eo scilicet caso, quando ipsis ab Imperatoria Majestate injunctum, ut ad comitia, consensu Electorum indicta, personaliter comparere debeant, de quo jure *supra* latius §. 28, n. 6. *a nobis* actum fuit.

§. LI.

1. *Ratio continuationis cum praecedentibus asseritur, & Ius Primariarum precum de Reservatis Imperatoris esse asseritur describiturque.*
2. *Imperatori illud jus ex concessione Pontificia non competere sed Iure Majestatis, elegantibus adstruitur rationibus,*
3. *Respondetur ad contrariantium fundamenta.*
4. *Jus illud primariarum precum Imperatori etiamnum competit in Ecclesiis Protestantium*
5. *Quaestio movetur, an Precista, qui ab Imperatore Ius Primariarum precum consecutus, reliquis qui sub expectatione prabenda admissi sunt, praferri debeat, affirmativeq; respondetur.*
6. *Nec Statuto de supprimendis Canonicis Iure Precista, derogari posse evincitur.*


PERTRACTATIS itaque sic Reservatis Imperatoris Generalibus, rectâ viâ (auxiliante Deo) progredimur ad Particularia, quæ
1. aliniorum quando Imperator exercet, Principaliter in commodum singu-

